B 17. 5. 15⁴

MARCHIÆ ELECTORALIS BRANDENBURGICÆ

ORDINIBUS ET STATIBUS,

REVERENDISSIMIS PRÆLATIS, ILLUSTRIBUS COMITIBUS ET BARONIBUS,

NOBILISSIMIS ET GENEROSIS EQUESTRIS ORDINIS VIRIS,

NOBILIBUS, CONSULTISSIMIS ATQUE AMPLISSIMIS STATIBUS CIVICI ORDINIS,

DOMINIS SUIS ET PATRONIS OMNI CULTU DEVENERANDIS,

DAT, DICAT

AUTOR.

Duo hic mihi, Ordines & Status Patriæ Illuſtres, Generoſi & Ampliſſimi, in præfatione hac expedienda eſſe reor: alterum, ut rationes reddam mei conſilii, cur in tanta librorum mole, cum & de hac materia *extent Auctores plurimi, aliquid* de hac ipſa quoque *commentari, animum induxerim; Alterum cur labores hoc exiguos Ampliſſimo Nomini Veſtro inſcripſerim. In hoc minus laborandum puto, ſed illud majoris operæ erit deducere. Sed dicam, quod res eſt. Anni circiter lapſi ſunt octodecim, cum publice proponerem & explicarem in Academia hac Electorali materiam hanc de Ceſſione Actionum. Quas meas prælectiones forte audiverat, vel viderat amicus meus ſingularis, Conſiliarius nunc Principis cujusdam Germaniæ Sereniſſimi. Ille non ſemel me monuit, ut has qualescunque lucubrationes luci publicæ exponerem, cujus Auctoritas tantum apud me valuit, ut cum typographus quiſpiquam me rogaret, quo ſuccinctum aliquem commentariolum typis exprimendum ipſi committerem; hæ preces occaſionem mihi præbuerunt, ut proxima æſtate, quantum per alia Academiæ & Facultatis negotia licuit, Lectiones has ſub incudem iterum revocaverim, & hinc inde nonnulla addiderim.*

rim. Hæc occaſio fuit; Sed acceſſit alia cauſa impellens: Vidi namque & obſervavi ſæpius, ſaluberrimas Anaſtaſii & Juſtiniani Imperatorum Conſtitutiones de Ceſſione nominum venditorum latas, paſſim turpiter pedibus quaſi conculcari, aut limitationibus ac reſtrictionibus ita extenuari, ut fere nullus earum videatur uſus. Miratus ſum, legum tam ſalubrium authoritatem, recentiorum Imperatorum, Electorum, Principum, Rerumpublicarum ſanctionibus renovatam, turpi avariſſimorum hominum libidini aſſidue nimis & licenter exponi. His, quantum in me eſt, obviam ire, & id, quod ſentio, de iſtis litium redemptoribus, quorum uberrima hoc ſeculò ſeges ſuccrevit, exponere volui. Nòn dubito quidem fore, qui hæc ſuperciliosè rideant, alios, qui malum medicinam excludere omnem exiſtiment; putaverim tamen boni viri officium eſſe, tales corruptelas juris publicè refellere, redarguere, & proteſtari de tot judiciorum maculis: Excitabit forte DEus nonnullos juſtitiæ Cultores in Principum Aulis, qui eo laborabunt, eo omnibus nervis contendent, ut novis ſanctionibus mores hi perverſi, aliique multi, qui jam dudum optimas leges in exilium mittere tentaverunt, emendentur: Eo collimabunt Sereniſſimi ac Potentiſ-

X 3 *ſimi*

ſimi Electoris ac Domini Noſtri Clementiſſimi conſilia: Eo contendent conſpirantia Veſtra ſuffragia. Cur autem Vobis, Ordines ILLUSTRES, Generoſi & Ampliſſimi, has tenues breveſque lucubrationes dedicare voluerim, ratione longius petita equidem egere non exiſtimo: Amor Patris Patriæ, Amor Patriæ, Amor Ordinum ac Statuum Patriæ, id a me exegerunt. Expoſcit id a me Veſtra de mea tenuitate opinio ſatis honeſta, quam omnibus modis, inprimis diligentia in munere meo, tueri debeo. Expoſcit id multorum Procerum ac Primorum in me adfectus ac favor. Quod ſi igitur hos labores ſerena fronte acceperitis, eſt quod mihi, atque huic libello grauler.

Dabam Francofurti ad Viadrum,
Menſ. Maj. A. M DC LXII.

LECTO-

Lectori Benevolo

S.

NOvem fere præterierunt luſtra, ex quo primas hujus Tractatus lineas, loco Diſputationis inauguralis, in Academia Francofurtana, publicæ luci expoſuit B. Autor. Cum vero poſtea non pauca ſe omiſiſſe deprehenderet, & varia quoque ad excludendas malevolorum hominum verſuras obſervatu neceſſaria adverteret, non inutilem ſe publico navaturum operam exiſtimavit, ſi materiam hanc paulo plenius & limatius exponeret. Factum hoc ab ipſo ante triginta annos, ubi libellum hunc publici Juris fecit. Cum vero exemplaria tunc temporis edita, jamdudum diſtracta fuerint, neceſſarium nobis

nobis viſum, ab interitu eundem viudicare, novaque luce donare; Hoc vero ne ſine auctario fieret, opera nobis danda fuit, quare illam adhibuimus curam, ut neceſſaria quædam ſupplementa ex illis Auctoribus, qui tunc temporis vel nondum editi, vel B. Brunnemanno non viſi, adderentur, quæ ne turbent contextum, vel cum ipſo confundantur, parentheſi incluſa exhibemus. Quantum utilitatis inde tibi promittere valeas, Benevole Lector, non opus eſt, ut prolixe exponamus. Qui enim hucusque alia B. Auctoris ſcripta legere non dedignatus es, non ſine fructu te hoc feciſſe fateberis. Nec minora tibi ex præſenti libello promittes, utpote in quo gravisſimi momenti controverſias circa utilisſimam ceſſionis materiam, ſummo judicio deciſas deprehendes. Vale, nobisque ulterius fave. Dabam e Muſæo, VVittebergæ, Kal. Novemb. A.O.R. MDCXCII.

S.S.D.

I. N. J!

TRACTATUS DE CEDENDIS AC TRANSFERENDIS ACTIONIBUS ET JURIBUS.

CAPUT I.

De Ceſſionibus in genere & L. Anaſtaſiana.

SUMMARIA.

CAP. I.

Uot modis vox cedendi ſumatur num. 1.

Cedere & mandare actionem alteri in ejus utilitatem ſunt ſynonyma. n. 2.

Præſtare, vel exhibere actionem idem eſt quod cedere. n. 3.

Omnis Ceſſio eſt Mandatum n. 4.

Explicatur l. 1. Cod. de Obl. & Act. num. 5.

Ceſſio definitur num. 6. (ſecundum alios quoque.)

Sine Ceſſione etiam emptor nominis agere poteſt. n. 7.

Venditor nominis etiam ceſſo nomine agere poteſt. n. 8. (nec ei opponi poteſt exc. L. Anaſtaſiana.)

Actio directa non obſtante ceſſione penes cedentem manet. n. 9.

Ceſſionarius quomodo dicatur procurator? R. n. 10. (quod declaratur ulterius.)

Ceſſio Actionis facienda eſt pravio titulo juſto n. 11.

Confeſſio Cedentis non ſufficit. n. 12.

Quæ ſint cauſæ decidendi in l. per diverſas. & ſeq. C. Mand. R. n. 13. & ſeqq.

Leges illæ in naturali jure & pietate fundamentum habent. n. 17. (an omnes ceſſiones prohibitæ?)

Ceſſio nominis empti æquivalens pretium requirit. n. 18.

A Quæ

Quæ regula ampliatur n. 19. & ſeqq. limitatur n. 26. & ſeqq.

(An limitationes iſtæ iterum ſublata etiam Jure Sax.)

Si pauper diffidens cauſa minori pretio cedat nomen, an valeat? Neg. n. 30. & ſeqq. (Qualis hac cauſa habeatur in foro Sax.)

An nomen ob diſtantiam loci minori pretio vendi & cedi poſſit? Neg. n. 35. & ſeqq. (quid decendum ex Jure Sax.)

An cedens à ceſſionario de ceſſione facienda interpellatus minoris vendere poſſit. Aff. id Berlich. allegatus num. 40. Sed negatur num. 41. & ſeqq.

Ceſſio poteſt fieri minori pretio, ſi debitor conſentiat, ſed ſalvo jure fiſci uſurariam & Anti-Anaſtaſianam pravitatem punientis, n. 46. (ſed ſi fidejuſſor omiſerit except. L. Anaſtaſ. num præjudicat debitori?)

Hæreditas quia ejus quantitas incerta, æqualitatem pretii non requirit. n. 47.

Nomen ſeu Actio ſub haſta minoris emi poteſt bona fide. n. 48. (aliæ neceſſitatis cauſa)

An Lex Anaſtaſiana locum tantum habeat in nominibus incertis Aff. F Salgado de Somoza & alii allegati n. 49. & ſeqq. ſed negatur n. 52. & ſeqq.

Lex Per diverſas. generaliter eſt intelligenda num. 64.

Nec debitum incertum minoris vendere licet. n 65.

Tunc demum quando in caſibus exceptis verſamur, locus eſt quæſtioni, quod ſit incerti nominis commune pretium. n. 66.

In pretii determinatione expenſarum omnino habenda eſt ratio. num. 67.

Sic etiam ſumptus itineris conſiderande. n 68

Non vero neceſſaria eſt læſio ultra dimidium ad id, ut contra Legem Anaſtaſianam agatur. n. 69.

Non debitor ceſſus, ſed cedens de læſione ultra dimidium queri poterit. n. 70. (quod illuſtratur)

Nec in nominibus incertis pretium tantum illud injuſtum eſt, quod dimidii excedit læſionem n. 71

An Anaſtaſiana Lex deſuetudine abrogata Neg. n. 72 & ſeqq. (quid Jure Sax. ad n. 74)

Contraria conſvetudo, ſi quæ eſt, corruptela eſt. n. 75. & errore introducta. n. 76

Lex per non-obſervantiam non abrogatur. n 77. & ſeqq

Semper reperientur contraria decreta vel ſententiæ. n. 79.

Quomodo deciſiones ſupremi judicii jus faciant. n. 80.

Tunc allegandæ pro jure præjudicia,

via, quando cum jure Communi conſentiunt. n. 81

Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. n. 82.

Conſvetudo contraria huic iure cum omnibus requiſitis non poterit probari. n. 83.

Optatur renovatio harum ſaluberrimarum legum n. 84.

Id, quod ſuperfluum eſt, cedi debitori. n. 85. & ſeq.

Salvo tamen jure fiſci, cui non male debetur quarta pars ſortis n. 92. & ſeq. (quid in Sax. obtineat ad num. 94.)

Non eſt neceſſe, ut in Inſtrumento ceſſionis titulus nominatim exprimatur, ſed ſufficit, ſi exinde colligi poſſit. n. 95. (quod in Sax. certum.)

Nuda ceſſio actionis ſine titulo nil juvat ceſſionarium. num. 96. (an ex conjunctione perſonarum præſumatur titulus? ad num. 95.)

Ceſſio rite facta inſtar traditionis eſt. n. 97.

In ceſſione non transfertur dominium juris, ut in traditione rei corporalis. n. 98.

Delegatio debitoris a ceſſione actionis in multis differt. num. 99. & ſeq.

Solennitas, quæ requiritur ad alienationem rei, neceſſaria quoque eſt ad nomins ejuſmodi ceſſionem. n. 101.

Actio realis ad rem immobilem, competens minori, non poteſt ſine decreto cedi. n. 102

Idem in debito alternativo, ſi debitor poſtea rem immobilem præſtet. n. 103.

Actio ad immobilia competens Eccleſiæ cedi non poteſt num. 104. nec ea, quæ competit civitati. n. 105

An idem in actione hypothecaria cum conſenſu Domini adquiſita in feudo? Aff. n. 106 ſi d cum diſtinctione & reſolutione n. 107

Hypotheca in feudo in hæredem tranſit, Ergo etiam in Ceſſionarium. n. 108.

Et idem videtur in praxi apud nos receptum n. 109. (quid in Saxonia?)

Idem decendum de ſtatuto, quod ad alienationem vel obligationem rei immobilis authoritatem Judicis requirit. n. 110.

Superior regula intelligenda de ſolennitatibus, quæ ratione perſonæ vel quaſi-perſonæ requiruntur. num. 111.

(In genere an & quando Ceſſio Judicialiter fieri debeat, inprimis ex Jure Sax.)

Ceſſio non tantum per actum inter vivos, ſi d etiam in ultima voluntate fieri poteſt. n. 112. (num & tacite fiat, & quando. it. avulſiones ceſſionum.)

VOcabulum cedendi præprimis ſex habet in jure ſi-
1. gnificationes: 1. enim ſignificat ſponte cedere & ſatisfacere agenti, ut *in l. 1. ff. de Edendo.* 2. Cedere bona vel bonis, eſt dimittere bona creditoribus. De qua ceſſione *totus titulus in Digeſtis & Codice de Ceſſione bonorum.* 3. In materia ſervitutum ſignificat idem, quod conſtituere alteri ſervitutem in ſuo prædio, & ſic eſt quaſi traditio ſervitutis antea promiſſæ *per l. 15. ff. communia prædiorum.* 4. Dies dicitur cedere, quando debitum incipit deberi per *L. Cedere diem. 213 ff. de V. S.* 5 Jura dicuntur cedi, quando in alium cum re transferuntur, quo pacto id, quod ceditur, revera abdicatur, & in alium transfertur. v. g. vendito fundo ſimul ceduntur jura, ſic cedi poſſeſſio dicitur *in l. 1 §. 4.*
* *ff. de Adquir. poſſeſſ.* (Ad eum fere modum Ceſſio Doctoribus Juris Sax. denotat dimiſſionem dominii, ſeu reſignationem, quæ in immobilibus judicialiter fieri debet per Dec. El. 61. & vulgo vocatur die Aufflaſſung. Lenz. *de ceſſ. act cap. 1. n 13.* Franzk. *l. 2. reſ. 12.*) 6. Cedere actiones eſt mandare alii actionem eo fine, ut in ſuam utilitatem exigat debitum.

Hoc enim tenendum eſt, cedere actionem & mandare
2. alteri actionem, ſcil. in ejus utilitatem, & ut alter procurator in rem ſuam conſtituatur, pro iisdem haberi in jure, quod *per l. 76. ff. de Solut.* probatur, ubi eædem actiones modo ceſſæ, modo mandatæ dicuntur. Et ex ceſſione mandati actio fluit. *l. 1. in f. C. de Magiſtrat. conven. & L. Per diverſas. C. Mandati.* Sic *in l. 3. C. de Novat.* per mandare actionem omnes Ceſſionem intelligunt. Et cedere alteri nomen, eſt eum procuratorem in rem ſuam facere *per. l 3. §. 5. in fine ff. de in rem verſo. l. 2. §. ult ff fam. hercisc. l. 24 pr. ff. de Minoribus. l. 8 in f. ff. mandat.* & de ceſſione actionum ex profeſſo agit Imperator noſter *ſub tit C Mandati.* Ideoque cum Bachovio *de Actionibus diſp 4 th. 3. &* cum Johanne a Sande *in tr. de Actionum Ceſſione Cap. 1.* ita argumentor: Si omnis Ceſſionarius qua talis, eſt procurator in rem ſuam, & omnis procurator in rem ſuam, qua talis, eſt Mandatarius, uti-
* que Ceſſio eſt mandatum, & cedere eſt mandare. (Diſſentiunt Lenz. *de nom. & act. ceſſ. cap. 4 memb.* 7. prolixe, & Al-

fonſus

fonſus de Olea *tr. de Ceſſione Jurium & Actionum tit. 1 qu. 2.
n. 28. ſeqq. aliique.* Sed differentia inter Ceſſionarium & Pro-
curatorem in rem ſuam nondum ſolide videtur oſtenſa; &
ipſum Ceſſionarii nomen Jure Civ. incognitum, nec manda-
tum hic quodlibet, ſed quo quis conſtituitur Procurator in rem
ſuam, prævio juſto titulo, intelligitur. Vid. Lauterb. *diſſ. de Pro-
curat. in rem ſuam th. 7. & 9.* & *in Colleg. Theoret. Pract. ad ff.
t. de hared. vel act. vend. th. 34. ſeq.*) *Praſtare actiones* ſignificat 3.
in hac ſignificatione idem, quod cedere, *l. 6. §. ult. ff. Nauta,
caupones &c. l. 82. §. 5. ff. de leg. 1. l. 36. de fidejuſſ.* (plures textus
cumulant Lenz. *de Nom. & act. ceſſ. c. 2. n. 3* Olea *de ceſſ. jur. &
act. t. 1. qu. 3. n. 4.*) Idem ſignificat vox *Exhibere*, §. *Cum autem.
3. in fine Inſt. de Empt.* nec non verbum transferendi *per l. 2. in
fine C. de Divid. tut.* In eo vero Dn. Johanni a Sande aſſentiri 4.
non poſſum, dum *d. tr. c. 1. n. 8.* negat, omnem ceſſionem
mandatum eſſe, ex ea ratione, quia utilis actio ex Conſtitutio-
ne Pii Imperatoris etiam ſine mandato datur. Sed actio utilis
etiam ſine ceſſione datur, *per l. 1. in f. C. de Magiſtr. Conven.
ibi: licet utilem actionem ſine ceſſione habeas.* & *l. 2. C. de Obl. &
Act. ibi: quamvis nec delegatio præceſſerit*, ubi per delegationem
nominis ceſſio procul dubio intelligitur. Quamvis autem 5.
nonnulli abutantur *l. 1. C. de Obl. & Act.* ubi licet more ceden-
tis exſpiraverit mandatum, utilis tamen datur, & quidem ex
ceſſione, ut putat Sichard. *ac Doctores ad illam l. 1.* Sed ſi tex-
tum attente legimus, non ex ceſſione, quæ jam exſpiravit,
ſed ex præcedenti contractu, & venditione nominis, ibi utilis
actio datur, prout tradetur hoc infra de Effectibus Ceſſionis.
Et quid per mandatam actionem *in d. l. 1.* aliud, quam ceſſa
intelligi poteſt? Nec obſtat, quod mandatum non poſſit fieri in
gratiam mandatarii, §. *6. Inſt. de Mandato*; Ceſſio autem fiat
in gratiam Ceſſionarii: nam reſpondeo, finem remotum ni-
hilominus ſpectare intereſſe Cedentis, dum is per ceſſionem
ſe ab actione alia, vel naturali ſaltem obligatione liberat, vel
liberalitatem exercet, ut in donatione.

Definimus itaque ceſſionem Actionis, quod ſit *Manda-* 6.
tum, quo actio exercenda alteri rite conceditur in hujus utilitatem

A 3 (Qui

* (Qui Ceſſionem præciſe mandato fieri negant, deſcribunt
eam, quod ſit *Translatio juris alicujus contra aliquem competentis*, Lenz *de ceſſ. act. cap 3. n. 2.* aut Quaſi-traditio, & juris &
actionis ex aliquo titulo in alium facta translatio. Alf. de Olea
de ceſſ. act. t 1. qu 1. n. f.) Nam ſciendum eſt hic, eum, qui alteri vendit vel donat nomen, non ipſam actionem ab ſe abdicare, & in alium transferre, ſed actionem directam retinere, &
transferre tantum exercitium actionis, ut ceſſionarius actionem cedentis directam, non ſuo, ſed cedentis nomine inten-
7. dat. Ex conſtitutione ſane D. Pii ſuo nomine etiam agere
poteſt emptor actionis, licet ea nondum ceſſa. *per d. l. 16 ff. de pact.* Sed actione utili, *per l. ult. C. quando fiſcus vel privatus debitoris ſui &c.* nam directam actionem ex perſona vendito-
8. ris exercere non poſſet, niſi actio eſſet ceſſa. Sic cedens, rebus adhuc integris, non obſtante actione ceſſa, poteſt actionem, alteri ceſſam, ipſe movere, *per l 3 C. de Novat. & l 3 C.*
* *Mandati.* (Et ita, ut ne quidem ei opponi poſſit exceptio L. Anaſtaſianæ, niſi allegetur & doceatur, perfectam eſſe Ceſſionem,
& Creditorem non ſuo, ſed Ceſſionarii nomine agere, ſuumque nomen tantum ſimulate obtendere. Mev. *P. 8. dec. 443.*
jung. *P. 5. dec. 186*) quod facere non poſſet, ſi actionem plane
abdicaſſet, licet ſi vendiderit nomen, & illud poſt ceſſionem exegerit, empti judicio teneatur Ceſſionario. *l. 23. § 1. ff.*
9. *de Hered. vend.* Et hæc communis eſt ſententia, ſcilicet ipſam
actionem directam per ceſſionem non transferri, ſed manere
penes cedentem, & eſſe quaſi infixam oſſibus ejus, qui contraxit *l. 16 in f. ff. de pecul. l. 3 pr. ff pro ſocio* Joh. de Graſſis *in tr. de Ceſſ juris §. 3 num 1.* Tiraq. *de Retr. Conſang. §. 1 gl 7. n. 13*
Sigiſm. Scaccia *tr. de Commerc. §. 2. gloſ 3 n. 89.* Carpzov *p. 2. Jurispr. For. Conſt. 25. def 16. in fin.* Donell. *in l. 3. C Mandati. n.*
* *6.* Joh. a Sande *d. tr. c. 8. n 19.* (Lenz. *de act. ceſſ c. 19. memb. 3.*
10. *n. 10. 11.*) Hinc decidi poteſt illa quæſtio, an procurator in rem
ſuam, ſeu ceſſionarius, ſit proprie procurator? Et reſpondeo
per diſtinctionem. Dicitur enim procurator, ſi jus ſpectemus,
& actiones directas, quas non ſuo, ſed alieno nomine exercet,
* *d. l. ult. C. quando fiſcus &c.* (Eſt enim ea natura obligationis

nis, ut nequeat in totum divelli a perſona primum acquirente, & fruſtra urgeret Ceſſionarius Debitorem ſibi obligatum eſſe, cum quo non contraxerat, quique adeo nullo conſenſu ſe ei obſtrinxerat, quem tamen obligatio naturaliter ſupponit: unde hac ratione Ceſſionarius recte aliena negotia peragere, & Procurator eſſe dicitur. Lauterb. *diſſ. de Procur. in rem ſuam th. 7* Add Mev. *P. 1. dec. 203.* Atque hinc eſt, quod, ſi primus Ceſſionarius Nomen ulterius alii ceſſerit, & ſic Nomen ad plures devenerit, is, cui noviſſima facta Ceſſio, agere inde volens, probare debeat, non Ceſſionem ſibi factam ab ultimo, ſed Ceſſionem a Cedente & Creditore factam primo Ceſſionario, a quo reliqui derivative Nomen acceperunt, Mevius *P. 8. dec. 81.*) Sed ſi utilitatem, finem & effectum ſpectemus, non habendus eſt pro procuratore, ſed domino, præcipue poſt litem conteſtatam *per d. l. 1. C. de Obl. & Act. &c.* Paul. Caſtr. *ad l. 1. ff. de procur. n. 25.* Donell. *l. 18. cap. 11. & ibi* Hillger *lit. E.* Cæſar Condartus *in L. Diffamari. cap. 4. n. 163.* (Lucratur enim omnia, quæ ceſſis actionibus exiguntur, & inde non ſimpliciter, ſed Procurator in rem ſuam, h. e. in lucrum & emolumentum ſuum vocatur. *L. Quia abſente 4. C. de procurator.* Pariter & periculum omne ac incommodum ſuſtinet, Franzk. *lib. 1. Reſ. 14. n. 34. vid. inf. cap. 4. n. 46.* Et quoad Effectum parum aut nihil diſtat a vero Domino, unde & lis ejus propria dicitur *L. 25. in f. ff. de procurat.* quæ & ratio eſt, cur Ulpiano *fragm. tit. 19. §. 9. ſeq.* hæc quoque Ceſſio inter modos dominium acquirendi referatur. Add. *inf. n. 96. 97. ſeq.* Itaque is, cui actiones ſolutionis cauſa tantum mandatæ ſunt, non eſt procurator in rem ſuam, ſicut nec actio illius periculo eſt. Franzk. *ad 1. ff. de evict. n. 58. & lib. 1. Reſ. 14. n. 36. ſeq.* Proinde Procurator in rem ſuam æquivoce Procurator appellari videtur Franzk. *ad 1. ff. de procur. n. 21.* Interim non plane negandum, Statutum de Procuratoribus loquens, de Ceſſionariis etiam intelligi debere, ſed deciſio a ſubjecta materia Statuti ſuſpendenda, ut tradit Bachov. *ad Treutl. v. 1. D. 9. th. 1. lit. A. verſ. unde Statutum.*)

RITE autem facienda eſt Ceſſio, ſcilicet præcedente juſto 11.
titulo. Et quidem ſi ex venditione nominis fiat Ceſſio, ex

Conſti-

Conſtitutione Anaſtaſii *in l. penult.* & Juſtiniani *in l. ult. C. Mandati.* non aliter valet ceſſio, quam interveniente juſto &
12. æquivalente pretio, & revera numerato. Et numeratio aliter quam confeſſione Cedentis probari debet. *d. l. pen. ibi. ad ipſam tantummodo ſolutarum pecuniarum quantitatem. C Mandati.* Menoch. *l. 3 præſ. 130 num. 20.* Cum enim actus aliquis ſuſpectus eſt, Confeſſio contrahentis non ſufficit Ant. Faber *l. 4. Cod. tit. 26. def. 20. n. 2. & 3.* Carpzov. *l. 5. Reſp. 33. num 9.*
n Berlich. *p. 1. dec. 32. n. 12.* Joh. a Sande *d. tr. c. 11. n. 12.* (Admittit hoc eo in caſu, ubi pretio minori actio vendita eſt, Franzk. *l. 1. Reſ. 8. n. 62.* ſed ubi juſtum pretium intervenit, falſum eſſe putat, & vulgatis juribus locum facit, quod confeſſio partium de receptione, probet veram & realem numerationem, ob ceſſans argumentum, quod fraudis ſimulationisve inducat præſumptionem, *n. 63. ſeq.* Sed Lenzius *de act. ceſſ. c. 25. membr. 4. num. 20. ſeq.* totum negotium per diſtinctionem expediendum exiſtimat: Aut enim agi *de ipſo cedente* & Venditore actionis ſeu Nominis, & huic ſolam præjudicare confeſſionem per *l. 1. l. 3. l. 6. ff. de confeſſ. l. 13. C de non num. pec.* aut *de Debitore ceſſo*, & hic regulariter ſufficere quoque probari numerationem ex confeſſione cedentis, quod ſolvere obſtrictus ſit, & ita liberetur, quippe confeſſione cedentis manifeſta, quæ eidem præjudicat: aut denique agi *de tertio quodam, nempe Creditore cedentis*, aſſerente ceſſionem in ſui fraudem eſſe factam, & neganre numerationem veram intervenisse; ita vero non ſufficere confeſſionem ſolam, ſed incumbere Ceſſionario, ut ſolutionem realem aut Teſtibus, aut inſtrumentis, aut aliis argumentis concludentibus probet. Idem *l. c. n. 34.* meminiſſe ſe ait, Ceſſionarium, reſpectu Debitoris ceſſi, vel ex ſola probatione ſolutionis ex inſtrumento Ceſſionis, ad exactionem fuiſſe admiſſum. Sed quicquid ſit, videtur interim actus hic, etſi non prohibitus, tamen maxime ſuſpectus eſſe redditus per duas iſtas ſanctiones ob redemtiones litium odioſas & ſimulationes, Franzk. *l. 1. Reſ. 8. num. 27.* & cum Debitori Ceſſo inprimis, ac ſoli quoque, per L. Anaſtaſianam exceptio competat, non Creditori aut Tertio, Mev. *P. 6. dec. 229.*

dec. 219. ſaltem quoad hunc quoque vix ſufficiet ſola confeſſio, inprimis cum & aliquando hujus intereſſe poſſit rite conſtare, quod non ſit peccatum in L. Anaſtaſ ad quem ex Jure communi, ſecundum veriorem ſententiam id, quod ſuperfluum eſt, redundat, *vid. inf. num. 87. ſeq.* Pari modo cum ipſe Judex Ceſſionis, contra L. Anaſtaſ. factæ, rationem habere ex Officio poſſit & debeat, etiam tum, ſi a parte objici haud queat, huic integrum erit, ſola non acquieſcere confeſſione, inprimis ſi & interſit fiſci in iis locis, ubi huic ſuperfluum ſolet adjudicari. Vid. Mev *P. 3. dec. 1.* Sic in Sax. El. eidem non ſufficiet ſola confeſſio, ſed requiri videtur ulterius, ut Ceſſionarius demonſtret, (darthue und beſcheinige) daß dem gewiß alſo ſey/ und er in rei veritate eine ſolche Schuld und Summa bey dem Cedenten zu fodern habe: & vi connexorum, ſi venditio nominis celebrata ſit, tenebitur veram numerationem oſtendere per Edictum de Ceſſionibus, §. Und über das zum ſechſten. Cæterum declarant hanc ſententiam priorem, ſi juramentum confeſſioni adjectum fuerit, nec enim credendum eſſe facile, cedentem vexandi debitoris cauſa pejerare voluiſſe, *arg. l. 37. §. 5. in f. de leg. 3. junct. l. 77. §. 23. de leg. 2.* Conf Franzk. *l. 1. Reſ 8. num. 16. ſeq.* Poterit vero & juramentum deferri Ceſſionario de ſumma, quam realiter ſolverit. Bechman. *ad ff. tit. de hered. vel act. vend. obſ. Pract. 1.* Quod remedium eſt omnem fraudem ſimulationemve evitandi, cum reſtibus non ſemper de ſimulatione conſtare poſſit. Vid. Cautelæ Contractuum, *ſect. 4. cap. 2. § 10 & 12.* ubi notabile Reſponſum.) Cauſæ harum conſtitutionum variæ reddi poſſunt. Nam certum eſt, odio- 13
ſum in jure genus eſſe eorum, qui alienas lites redimunt, imo odioſum & invidioſum eorum officium vocat Cujac. *l. 8. obſ. Cap. 31.* & cum natura noſtra recte inſtituta a litibus abhorrere debeat, merito ſuſpicamur, ad lites formatum ingenium eſſe, quod alienas lites captat, ut aranea muſcas. Deinde certum eſt, & experientia ſatis, hoc ſeculo noſtro, 14
quod Redemtoribus litis grandibus abundat, probavit, lites multiplicari Nam multæ lites per transactionem poſſent ſopiri, niſi alii cederentur, quia transactione alienior; & ſi

creditor tantum remitteret debitori, quantum de debito re-
15. mittit ceſſionario, pauciores lites haberemus. Porro ceſſio-
narius, qui pauculo dato majus nomen emit, de lucro certat, &
modum adquirendi exercet in jure noſtro non adeo hone-
16. ſtum, & lucrum captat ex alienis litibus. Demum ipſius de-
bitoris conditio multis modis fit deterior. Nam plerumque
ceſſionarii ſunt potentiores authoritate, & peritia rerum fo-
renſium, & duriores ipſis cedentibus · magnis præterea li-
tigiis involvitur reus, fieri enim poteſt v. g. ut debitor habe-
at nonnullas contra creditorem exceptiones, jam amplo in
diſputationum campo conſtituitur, an exceptiones, quæ ce-
denti opponi poterant, eæ etiam ceſſionario opponi poſſint?
Et demum ſimulationes, quæ in his ceſſionibus & redemtis
litibus contingunt, ſunt alias odioſæ &c. quæ ratio vulgo pro
adæquata Legis Anaſtaſianæ ratione habetur, ſed male, nam
17. ſimulationis fit tantum in Lege ultima mentio. Ex his ap-
paret, optimis rationibus niti has conſtitutiones Anaſtaſii &
Juſtiniani Imperatorum, & fundamentum habere in juſti-
tia & pietate, & contrarium bonis moribus non convenire,
Dn. Mevius *in Diſcuſſ. levam. inopia debitorum. Cap. 7. numer. 26.*
& lites redimere, & ejusmodi actionem per ſimulatas & cal-
lidas ceſſiones adquirere, eſſe contra bonos mores. Cujac. *lib. 16.*
* *obſ. 16.* & ex eo Berlich. *p. 1. deciſ. 34. n. 4.* (Ex his cauſis vero appa-
ret, neutiquam credendum eſſe, Legem Anaſtaſianam omnes
indifferenter prohibere Ceſſiones; nec enim *tot. tit. ff. & C.
de hered. vel actione vendita*, ſublatus eſt: ſed illæ tantum
improbatæ ſunt, quæ fiunt litium redimendarum cauſa, ani-
mo vexandi debitorem, aut ex uſuraria pravitate, alioque
vetito fine, atque hinc Ceſſionibus certus modus eſt præſcri-
ptus, & ceſſantibus his cauſis Ceſſiones ſubſiſtere, non eſt du-
bium, etſi ſuſpectæ plerumque ſint, vid. inf. *limit. num. 16 ſeq.*
Carpzov. *l. 5. Reſp. 34. num. 1. 2. 3.* Mevius *P. 3. dec. 239. & P. 6. dec.
228.* Conf. Lenz. *de ceſſ. act. cap. 23. num. 11. 12. & cap. 25. pr. num. 1.*
qui tamen cauſas harum Conſtitutionum paulo aliter repe-
tit, ut oſtendat (1.) ad indubitatas & liquidas actiones illas non
pertinere, & (2.) ob ſolam pretii tenuitatem ceſſionem pro in-

valida

valida non eſſe habendam. *d. cap. 25. pr. num. 4. 5.*) Unde pro-
bare ſolent Doctores, ejusmodi ceſſiones actionum ne qui-
dem juramento firmari poſſe, Dn. Carpz. *lib. 5. Reſp. Elect. 33.
num. 16.* Dn. Mevius *d. tr. c. 7. num. 20.* Ant. Gabr. *lib. 1. comm.
concl. tit. de Act. concl. 5. num. 3.* Menoch. *l. 3. præſumpt. 129. num. 8.*
Berlich. *d. l.* (Conf. Philippi *ad Dec. El. 28. obſ. 1. n. 12. ſeqq.*) quia
juramentum non debet tendere in præjudicium tertii, *C. Veni-
entes. 19. X. de jurejur.* Maneat itaque regula, empti nominis 18.
Ceſſionem non valere, niſi probetur, pretium tantundem re-
vera numeratum, aut adhuc revera numerandum, ſi fides de
pretio habita, Menoch. *l. 3. præſ. 129. num. 24.* nam datum vide-
tur, quod promiſſum, *l. 9. §. 1. ff. de Condict. causa data* & ſtipu-
lando capio. *l. 24. ff. de Adquir. hered.* quod quamvis Ant. Ga-
briel. *d. Concl. 5. n. 28. cum* Baldo *ad L. Per diverſas. n. 17.* Salyc. *ib.
n. 7.* & Alex. Trentac. *l. 2. tit. de Action. reſol. 2. num. 5.* (Franzk.
l. 1. Reſ. 8. n. 68. Lenz. *de ceſſ. act. c. 25. memb. 5. num. 4.*) ita de-
claret, quod hoc intelligendum ſit, quoad ſubſtantiam ceſſio-
nis, non quoad exercitium, atque ideo non poſſe agi virtute
ceſſionis, niſi pretium ſolvatur, de eo tamen dubitari poſſet,
cum ſufficere videatur æquivalens pretium eſſe conventum.
Sed concluſio ſuperior ampliatur (1) ut locum habeat, etiamſi 19.
in instrumento venditionis facta ſit mentio *per d. l. 22. ibi: li-
cet instrumento ceſſionis venditionis nomen inſertum ſit.* Dn. Carpz.
d. Reſp. 33. num. 5. Berlich. *deciſ. 32. num. 3. C. 21.* Deinde amplia- 20.
tur, licet in instrumento dicatur, nomen pro parte eſſe vendi-
tum, pro parte donatum, *per l. ult. C. Mandati. in pr. ibi: nulli li-
cere partem quidem debiti cedere &c.* Berlich. *d. l. num. 4.* (Conf.
Franzk. *l. 1. reſ. 8. num. 33. & 35.*) (3) Etiamſi interpoſita ſit per- 21.
ſona tertia, cui pro parte dicatur donatum nomen. *d. l. ult. §. 1.
C. mand.* Carpzov. *d. reſp. 33. num. 6.* Berl. *num. 5.* (4) Aut ſi quis 22.
donare ſe dicat in totum, ſed clam aliquid recipiat. *d. l. ult. § 2.*
Berlich. *n. 6.* Carpz. *num. 6.* (5) Aut ſi quis permutet nomen, 23.
cum alia re data, cujus pretium non ſit nomini æquivalens,
*arg. d. l. pen. ibi: usque ad ipſam tantummodo ſolutarum pecu-
niarum quantitatem* par tradita Berl. *d. dec. 32. num. 7.* & Joh. a
Sande *d. tract. cap. 11. num. 28.* (Idem confirmat, niſi juſta diver-
ſitatis

ſitatis cauſa appareat, Mev. *P. 6. dec. 413.* Sicut & in omnibus titulis oneroſis aliis exceptionem L. Anaſtaſianæ locum habere,
24 tradunt Lenz. *de nom. ceſſ. c. 15. memb 3. n. 3. 4.* Sand. *cit. l.*) (6) Aut ſi verum pretium numeratum dicis cauſa & ceſſionario redditum, per *allegata* Berlich. *d. l. n. 14.* Menoch. *d. praeſ. 119. num 25.*
25 (7) Ampliatur, ſi de reali ac naturali numeratione pretii juſti conſtet ex confeſſione cedentis & ceſſionarii Bart. *in L. Per diverſas. n 22. C. Mandati.* Menoch. *dicta praeſ. 119. n 26.* & quos citat
* Berlich. *d. dec. n. 18.* Vid. ſuperius notata ad *n. 11.* (Cæterum ſolent aliæ quoque ampliationes obſervari, ſic enim (8) ampliantur dicta Si ipſe cedens nomine Ceſſionarii agat. Mev. *P. 5. d. 186. Vid ſup not ad n. 8.* (9) Licet pars hanc exceptionem non opponat, poteſt enim hæc pravitas uſuraria, ſi ex actis appareat, ob intereſſe fiſci officio judicis coerceri, Mev. *P. 3. d. 1* idem eſt, ſi a parte amplius opponi nequeat. Mev. *d. l.* (10) Ut ſi non ad repellendum Actorem opponatur hæc exceptio, etiam in fine litis opponi poſſit. Mevius *P. 4. dec 324. Add. P. 3. dec. 40. & dec. 186.*) His & ſimilibus caſibus, ſuper quibus juramentum etiam pote-
26 rit deferri, ceſſio non valet, niſi æquivalente dato pretio. Sed ipſi Imperat. in dictis Legibus nonnullas limitationes addunt. Valet enim potiſſimum his quatuor ex cauſis. 1. Si ceſſio mere gratuita, & tantum ex liberalitate cedentis proficiſcatur, ſitque pura donatio, *l. pen. ibi: ſi autem per donationem &c. C. mand.* ratio eſt, quia metus redemtionis litis dedit cauſam conſtitutioni, ſed
* metus hic ceſſat in liberalitate mera. (Modo tamen, ſi nomen taliter ceſſum 500. ſolidos excedat, judicialis inſinuatio non omittatur. Lenz. *de nom & act. ceſſ. c. 26. m. 1. n 3.* Conf. *inf. n. 111.*)
27 2. Si Ceſſio fiat ex cauſa præcedenti, ita ut neceſſitate potius,
* quam ſponte ceſſio facta fuiſſe præſumatur. (Omnibus tamen illis caſibus probanda illa cauſa neceſſitatis, quæ Ceſſionem extorſit Sandius *de ceſſ. act. cap. 11 n. 20.*) Talis cauſa præcedens ne-
28 ceſſaria eſt multiplex v. gr. Si heredes vel collegatarii unum cummune nomen habentes uni coheredum vel legatariorum velint cedere, *d. l. pen. ibi: exceptis ſcil. ceſſionibus &c.* hoc enim non ex ſtudio redimendi litem fieri, ex eo præſumitur, quia coheredes & collegatarii antea ſibi invicem per agnitio-

nem

nem hereditatis vel legati erant obligati, eadem ratio eſt ſociorum & quid commune poſſidentium, Menoch. *l. 8. præſ. 129. num 14. & ſeq.* Sande *d. c. 11. num. 19* (Mev. *P. 4. dec. 229* Conf. *
P. 4. dec. 323.) huc pertinet etiam, ſi creditor a ſuo debitore ceſſionem in aſſecurationem vel ſolutum acceperit, quia hic debitor deficiente pecunia parata neceſſe habuit nomen ſolvere creditori. Berlich. *d. l. num. 3. & 6. per d. l. pen. ibi: his quæcunque vel creditor.* Sic etiam valet ceſſio, quando quis alie- 29
nam rem poſſidens convenitur ab aliquo, & ut ſe a moleſtia litis liberet, dat actori pretium, ut ſibi cedatur actio, & jus, quod habet actor, qui eam rem forte emit, ut eo jure contra alios, ſi forte amitteret poſſeſſionem, uti poſſet, licet longe minus ſit pretium. *d. l. pen. ibi: vel is, qui res aliquas poſſidet.* (Unde *
utiliſſima cautela, ut curet ille, qui alterius nomina redempturus, quo ex certo quodam debito immiſſionem in bona conſequatur, poſtea enim a reliquis hypothecariis creditoribus minori pretio nomina redimere ipſi licebit. Vid. *Cautela Contractuum, ſect. 4. cap. 3. § 14. & § 19* ubi reſponſum, quod huc apprime pertinet, legere licet. Hæ cæteroquin limitationes, ipſi Anaſtaſio & Juſtiniano probatæ, videntur quidem poſtea iterum per hunc abrogatæ alia & poſteriori Conſtitutione Græca, quæ in vulgaris Exemplaribus latine refertur, *l. 24. C mandat.* reſtituta ex libris βασιλικῶν a Cujacio *Obſ. 16. lib 16.* ita ut Legi Anaſtaſianæ locus etiam eſſet in ceſſionibus his neceſſariis, ſola, quæ donationis cauſa ſit, excepta; uti exiſtimat quoque poſt alios Franzk. *l. 1 reſ. 8. num. 4. & reſ. 9. num. 19.* qui & Reſcripto Elect. Sax. *de ceſſionibus* publicato, *de dato 1. Febr. ann. 1614.* quod adjectum ad calcem hujus Tr. *p. 215. ſeq.* eandem ſententiam contineri aſſerit, arg. verborum in §. Uber das &c. Daß in allen und jeden *Ceſſionibus*, ſowohl *Rerum mobilium*, als *immobilium* die *Cauſa* und *Quantitas Debiti* nicht allein mit ausdrücklichen Worten geſetzt: ſondern auch der *Ceſſionarius*, daß deme gewiß alſo ſey / und er *in Rei Veritate* eine ſolche Schuld und *Summam* bey dem *Cedenten* zu fordern habe / *coram Judice* richtig darthun und beſcheinigen ſolle: Allein Kauffleute ausgenommen / wann ſie miteinander unter ſich

 han-

handeln/ die geſtallten Sachen nach/ an dieſe Ordnung/ damit den *Commercien* ihr ſtarcker Lauff gelaſſen werde/ nicht verbunden. Et quod in *pr. dict.* & §. Als erſtlich, non tantum Anaſtaſii, ſed & Juſtiniani Conſtitutionum mentio fiat, & præcipiatur, illas velut obliteratas denuo probe obſervandas, tandem Carpzovium ejusdem ſententiæ patronum allegat, ex *lib. 5. Reſp. 34. n. 10.* Enimvero quicquid ſit de *L. 24. C. mand.* ſive vera, ſeu ſuppoſita ſit, in foris Germaniæ certe recepta non eſt. Conf. Richter. *P. 1. dec. 36. n. 18.* De Jure interim Saxon. Elect. multis argumentis conſtat, illud ſententiæ Franzkii repugnare. Oſtendit id vel ipſe §. Und ſolches zum fünfften. *verb.* die *Ceſſiones* oder/ ſo *in pluribus Fidejuſſoribus, item Fidejuſſoribus & Creditoribus, Tutoribus correis debendi & ſimilibus Caſibus* die Rechte nachlaſſen *&c.* ſollen hierdurch nicht verhindert/ ſondern auch auſſerhalb der Gerichte/ dieſelbe zu vollziehen verſtattet und vergönnet ſeyn. *d. Ed. El.* Unde generalis approbatio Conſtitutionum Anaſtaſii & Juſtiniani ad receptas reſtringenda. Nec Carpzov. aliud aſſeruit. Conf. *cit. Reſp. n. 6. & n. 15.* Denique dubitare amplius non ſinit authentica interpretatio, in *Dec. Nov. 28.* ubi ceſſiones ejusmodi diſertis verbis approbantur, verb. Von oberzehlter Satzung der Gerichtlichen *Ceſſionen* aber/ wollen wir ausdrücklich ausgenommen und befreyet wiſſen/ wann Miterben/ *Legatarius* oder *Fideicommiſſarius* bey Theilung der Erbſchafft zu ihrer Abfindung aus gemeinem Erbe/ *Legato* oder *Fideicommiſſo* gewiſſe *Obligationes* oder *Actiones* zugetheilet *&c.* worden/ in welchen Fällen es nicht allein keiner Gerichtlichen *Ceſſion* oder *Conſens &c.* noch Erkäntnüß bedarff/ ſondern auch denen Partheyen einen mercklichen Vortheil und Nachlaß zu thun/ allerdings verſtattet bleibet *&c.*

30 Add. Philippi *ad d. dec. num. 5. & ſeqq.*) Sic & cauſam neceſſariam eſſe putant, quando cedens pauper eſt, & de exitu cauſæ ob tergiverſationes adverſarii diffidens, actionem ſuam alii cedit, Carpz. *lib. 5. reſp. 34. num. 4.* Berlich. *d. deciſ. 33. num. 29.* (Franzk. *l. 1. reſ. 8. num. 46.*) qui plures allegant. Sed ſi hanc ſententiam vellemus ad amuſſim juris noſtri examinare, vix hæc, licet receptiſſima ſit, & quadam ſpecie æquitatis ſe primo

intuitu

intuitu venditare videatur, ſubſiſtet. Nam quod dicunt, pau-
perem cedentem non habere animum vexandi, id facile pot-
eſt dilui, (1.) non præciſe animum vexandi attendi, ſed alias
eſſe rationes, & quidem & hanc, quod Ceſſionarius ſit redem-
ptor litis (2.) Lex allegat animum vexandi non ex parte ceden-
tis, qui nunquam præſumitur habere animum vexandi, ni-
ſi in potentiorem transferat, quod alias prohibitum, ſed in
ceſſionario, jam vero ceſſionarius etiam hoc caſu habere
poteſt animum vexandi. Deinde a paupere ceſſum debi- 31
tum, aut eſt certum ac liquidum in jure aut facto, aut incertum
& dubium. Sin illud; pauper ipſe poterat ſine magnis ſum-
ptibus exigere debitum, ut pauperi alias ſportulæ ſolent remit-
ti; ſin hoc, negari nequit, quod talis ceſſionarius ſit redem-
tor litis, & quod hic ceſſionarius non ex miſericordia, (nam
ſic minoris non emeret) ſed ideo ceſſionem competentis
(pauperi) actionis in ſemet expromi properaverit, quia alie-
nis rebus fortuniſque inhiat, quæ ſunt verba *Anaſtaſii in d. L.
Per diverſas. in princ.* Et odio magis dignus eſt, qui a vidua, a 32
pauperibus longe minoris emit, quam qui a locuplete, & ni
fallor abſurdum videtur, licere emere minoris a paupere, non
vero a divite & locuplete. Nec hic ulla neceſſitas eſt, poteſt 33
enim pauper vendere nomen paulo minori pretio, ſed quod
tamen computatis expenſis, a Ceſſionario faciendis, debito æ-
quivaleat. Et ſic omnino in effectu non minoris emit, v. g.
pauper habet nomen 100 flor. cedit pro 80 florenis. Ceſſiona-
rius in exigendo debito expendit 8. florenos Et ſic reperet
in effectu 88 nam 80 dedit loco pretii, 8. expendit Sed 12. qui
reſtant, exigere non poterit, per regulam in *d. L. Per diverſas.*
Neque audiendus eſſet Ceſſionarius, ſi quæreret, quis ceſſio- 34
nem ſit acceptaturus, niſi aliquod ſperare poſſit lucrum? nam
talis objectio ab eo etiam, qui a divite ceſſionem accepit, pote-
rit opponi, & hic magis allegaret turpitudinem ſuam, dum o-
mnia vult lucro æſtimare, & ne quidem pauperi ſe velle grati-
ficari & ſuccurrere, ſatis manifeſte prodit, niſi lucrum aliquod
ſperet (Cauſa de cætero hæc juſta quidem quodammodo vi- *
ſa Sereniſſimo Sax. Electori, *Dec. Nov. 28.* ut nempe ob eam liceret
mino-

minoris cedere nomen, *poſt princip.* Anders Theils nicht zu verneinen / daß wann bey itzigen Geldmangelnden Zeiten / und da manchmal aus boßhaffter Verſchleiffung / manchmahl aus Armuth die Gläubiger von ihren Schuldnern keine Bezahlung erheben können / ihnen ſolche Schulden um ein billiges zu verhandeln nicht verſtattet / und über dem *Lege Anaſtaſiana* allzuſtrenge gehalten werden ſolte / niemand ſich finden würde / ſo vor eine ſolche Schuldforderung / ſo viel baar Geld / als ſie in ſich hielte / geben wolle / dannenhero die Gläubigere bey ihren habenden Forderungen wohl gar Noth und Gebruch leiden müſten. Uber diß auch die Rechts-Lehrer nach Gelegenheit itzt erzehlter Umſtände dergleichen Handlungen dem *Lege Anaſtaſiana* unterworffen zu ſeyn / nicht erachten *&c.* Vid. Philippi *ad d. Dec. Obſ. 2. num. 11.* non tamen pari cum reliquis, expreſſe in L. Anaſtaſiana recenſitis, loco habita, ſed ſub vulgato requiſito, ut judicialiter fiat ejusmodi ceſſio, §. Setzen / ordnen *&c. ibi:* wenn er die Mittel ſolche fortzuſetzen nicht hätte. Conf. Mev. *P. 6. dec. 228.*)

35 Idem videtur judicandum de eo caſu, ſi actio ob diſtantiam loci & abſentiam debitoris cedenti inutilis, ceſſionario vero utilis, ibi enim ceſſionem, licet pro minori pretio facta ſit, valere, putat Berlich. *d. l. num. 18.* (Et hæc quoque cauſa in Saxonia approbata, non aliter tamen, quam communi requiſito adhibito, nempe ut judicialiter ceſſio fiat, *Dec. 28.* §. Setzen / ordnen und wollen demnach. *ibi:* Wenn er die Mittel ſolche fortzuſetzen nicht hätte / oder ſelbige ſelbſt einzumahnen ihme ſonſt beſchwerlich zu ſeyn erachtete / wie auch aus andern erheblichen Urſachen *&c.* Conf. Mev. *P. 6. dec. 228.* Sed eadem hic ratio obſtat, nam cedens habet quidem probabilem cauſam cedendi, ſed ceſſionarius ob hoc non propterea deſinit eſſe redemtor litis. V. gr. debet quis mihi Lipſiæ centum, cedo ea civi Lipſienſi, cum ipſe exigere non poſſim ſine magnis ſumptibus, & quidem pro 60. flor. quæritur, an ceſſionarius omnes 100. flor. exigere cum effectu poſſit? Videtur quod ſic, quia ceſſat hoc caſu præſumptio illa, quod nemo videatur certum nomen alii cedere &c. & deinde ego non vexandi animum habui, ſed eo animo feci, ut haberem pecuniam præſentem. Sed negari nequit, ceſſionarium

narium poſſe habere animum vexandi, & dum vult pro datis 60. flor. exigere 100. flor. captat imo lucrum, & eſt redemtor litis, maxime ſi debitum ſit aliquo modo controverſum. Nec 36
video conſequentiam in hoc argumento, cedens non habet animum vexandi, Ergo ceſſionarius juſte 100. pro 60. exigit. Sic etiam in uſuraria pravitate, cui hæc materia valde ſimilis eſt, quod debitor pecunia præſente opus habuerit, non excuſat hoc creditorem, qui majoribus ſub uſuris credidit. Et ſi- 37
ne ſi exceptiones ab ipſo Imperatore Anaſtaſio in *d. L. Per diverſas.* propoſitas, excutiamus, nulla harum eſt, quæ pro fundamento ponat neceſſitatem ex parte cedentis, ſi pauper, ſi peregrinus &c. Sed potiſſimum ex parte Ceſſionarii, v. gr. in prima exceptione, non requiritur æqualitas pretii & debiti certi, ſi coheredes vel collegatarii, unum commune nomen adepti, uni velint cedere, hic eſt neceſſitas ex parte non tantum cedentium, ſed & ejus, in quem expoſita eſt Ceſſio, cum per unum melius exigatur, & nulla nec in ceſſionario præſumatur aviditas lucri, vel quod voluerit litam redimere. Idem in al- 38
tera, ubi creditor pro debito in ſolutum acceptare cogitur Ceſſionem, nam hic non poteſt eſſe redemtor, cum neceſſario cogatur acceptare nomen, & ſic aliud pro alio. Sic etiam poſſeſſor b. f. ſi ab alio conveniatur actione reali, & offerat æſtimationem litis, neceſſe habet, ut petat ceſſionem, ſi ſe contra alios velit defendere, vel rem, ſi amittatur, recuperare. Hæc exempla ideo excepta, quia non turpis amor lucri, non voluntas redimendi lites alienas, ſed neceſſitas Ceſſionarios compulit, ut acceptarent ceſſionem. Sed in eo caſu, ubi pauper, vel abſens cedit, nulla neceſſitas in Ceſſionario, ſed Cedente tantum. Et ſane, ſi in omnibus caſibus, in quibus cedens habet 39
cauſam neceſſariam vel probabilem, cur minoris cedat, vellemus exceptionem regulæ conſtituere, pauciſſimi caſus occurrerent, qui in Legem Anaſtaſianam incurrerent, quotusquisque enim eſſet, qui nomen minoris vendat ſine cauſa neceſſaria vel probabili? Illud vero æquitatis ſpeciem præ ſe ferre vi- 40
deatur, non irritam reddi ceſſionem, ſi non Ceſſionarius cedentem, bonis ejus inhians ad ceſſionem faciendam perſvaſit,

C sed

ſed ipſe Cedens Ceſſionarium induxit, wenn nicht der Ceſſionarius dem Cedenten, ſondern der Cedent dem Ceſſionario nachgegangen Berlich. *d. dec. 33 num. 26. ubi ita Dn. Wittembergenſes reſpondiſſe refert:* [Berlichium ſequitur Franzk. *L. 1. Reſ. 8. n. 31. & 43 & Reſ. 9 n. 14.* Mev. *diſ. lev. inop. deb. c. 7. num 25.*] non videtur etiam id deſtitui jure, quia de Ceſſionarii vexatione fit
41 mentio *in d. L. Per diverſas.* Sed neque hæc limitatio in Jure fundata reperitur. Nam primo nulla conſequentia eſt, Cedens obtulit Ceſſionem, Ergo Ceſſionarius non habet animum vexandi debitorem. Poteſt etiam redemtor litis oblatam occaſionem avide arripere. Sicut nulla eſt conſequentia, oblatæ mihi ſunt uſuræ maximæ; Ergo licite potui acceptare, utor enim comparatione uſurariæ pravitatis cum redemtione litis,
42 cum Doctores hæc inter ſe conferant. Deinde non reperitur hæc exceptio in Lege fundata, nec habet aliquam cum exceptionibus Anaſtaſianis comparationem. Nam in exemplis, quæ excipiuntur, reperitur neceſſitas urgens ex parte Ceſſionarii, quæ
43 hic nulla. Nam nemo mihi offerendo nomen, neceſſitatem imponit. Tertio, hic ipſe Ceſſionarius ſponte alienum nomen arripiendo lucrum captat oblatum, & litem redimit, ideoque diſpoſitio Legis & hic locum habet Quarto, hæc ipſa limita-
44 tio tantum in fraudem Legis Anaſtaſianæ inventa. Quam facile enim ei, qui redimere ſolet lites & verſuris uti, per tertiam perſonam procurare, ut ſibi a creditore aliquo, gratiam Ceſſionarii ambiente, vel præſentem pecuniam deſiderante, ut habe-
45 at, quod dilapidet, offeratur nomen. Concludam hanc materiam, & Jurisprudentiæ noſtræ vicem doleo, nam plerumque ejus cultores tot limitationibus adeo ſolent conſtitutiones juris exinanire, & ad nihilum redigere, ut limitationes plures caſus contineant, quam ipſa regula, quod Logicis abſurdum videtur. & per tot limitationes Patronis cauſarum nonnullis præ-
46 betur occaſio, eludendi Leges ſaluberrimas. (3.) Sunt & licitæ tales ceſſiones inæquali pretio, vel pretio non probato, factæ, quando eæ fiunt conſentiente debitore, ſive ab initio conſentiat expreſſe vel tacite v. gr. ſi debitore præſente & tacente pro 10. tibi cedam 20. quibus mihi debitor obſtrictus eſt, nam tunc

præ-

præſumtio fraudis ceſſat. Hippol. de Marſil. *ſing. 45. n. 2.* Berlich. *d. l. n. 25.* ſive ex poſt facto conſentiat, hanc exceptionem Legis *Per diverſas.* non opponendo, ſed in judicio ſilentio ſuo approbando Ceſſionem. A. Faber *Cod. ſuo, tit. mandati. defin. 26.* Berlich. *d. l. num. 10.* Sed hoc intelligendum ſalvo jure fiſci, de quo poſt. (4.) Quando hereditas eſt vendita, quia in hac 47
ſunt multa nomina incerta, multa & nomina paſſiva, & alia onera, ideoque certa æſtimatio ejus locum non habet, nec itaque *dict. L. Per diverſas.* per *allegata* Berlich. *d. deciſ. 33. num. 16.* Trentacinq. *reſol. 2. de act. num. 16.* & Joh. a Sande *d. c. 11. num 17. & 18.* [Unde emtor hereditatis actiones hereditarias ultra pretium ſolutum tuto movere poteſt, plur. Lenz. *cap. 25. memb. 2.* quod non tantum verum eſt in caſu, ubi venditor hereditatem poſſidet, ſed & ubi illa eſt penes tertium. Lenz. *d. l.* Franzk. *L. 1. Reſ. 8. num 49.*] Sic ſi actionem contra debitorem 48
de fuga ſuſpectum ſub haſta venderem, non præciſe, quantum eſſet nomen, ſed quanti æſtimetur, attendendum eſt. Berlich. *d. dec 33. num. 27.* [Idem dicendum eſſe volunt, ſi quis debitum, cujus dies nondum venit, ſeu futurum, præſenti pecunia emat, tunc etiam pretium minus ſufficere, ob pecuniam præſentem & paratam, quæ noſtris certe temporibus omni debito præferenda, juxta Lauterb *Tract. Syn ad tit. ff. de her. vel. act. vend. §. 3.* Franzk. *L 1 reſ. 8. num. 62. ſeqq.* Lenz. *de ceſſ. nom. cap. 25. pr. n 5 6 ſeq.* Diff. Carpz. *P. 1. c. 30. def. 36* & Modeſt. Piſtor. *qu. 97.* quibus reſpondet Franzk. *d l. n 55 56.* ubi tamen *num. 58.* limitat, niſi appareat Ceſſionarii perſvaſio fraudulenta aut animus in uſurariam pravitatem pronus, quo caſu in L. Anaſtaſianæ pœnam ſecundum Leges provinciæ illum omnino incidere. Add. Lenz. *de ceſſ act. c. 25. pr. n 5. 6. ſeq.*]

Sed quæritur, an conſtitutio illa Anaſtaſiana habeat locum tantum in incertis & dubiis nominibus? & affirmat poſt alios Franzk. Salgado de Somoza *in Tract. de Labyrintho Creditorum p. 1. cap 13 §. 2. num. 25. & ſeqq.* ubi has Leges duas reſtringit ad eum caſum, quando tertius emit nomen & actionem dubitatam & incertam viliori & infimo pretio, ex ſolo animo vexandi debitorem & mala fide, 49

C 2 &, ubi

&, ubi ceſſat fraus & animus vexandi debitorem, ceſſare putat prohibitionem dictarum Legum, ſed poſſe Ceſſionarium proſpicere ſuæ utilitati, ſicut in ceteris contractibus. Et idem ille Salgado *p. 1. c. 27. num. 80.* intrepide ait, communiter eſſe receptum, debitorem ceſſum a creditore ſuo, non poſſe opponere emtori nominis injuſtitiam Ceſſionis, ſed potius teneri integrum debitum Ceſſionario ſolvere, licet iſte viliori
50 pretio emerit. Et fere convenit Car. Molinæus *in tr. de contract. uſurariis* (qui habetur *in vol. 5 tract. tract.*) *quaeſt 26. n. 413.* dum ait, *quia dictæ Leges ſtatutæ ſunt contra eos, qui præ avaritia* (hoc concedo) *vel alios vexandi libidine vili redimunt actiones litigioſas vel dubias, ideo ſtatuunt, ut reus vel prætenſus debitor litem & vexationem redimere poſſit eodem pretio, quod inſidiator ille* (ita redemtorem litis vocat) *numeravit oblato, non autem, ut veri debitores, de quibus conſtat, cum jactura creditorum locupletentur, ut etiam tenet Antonius* &c. quibus iisdem verbis utitur Caſpar Rodericus *de annuis reditibus, l. 1 c. 8.*
51 *num. 26.* In hoc ergo convenit Salgado cum Molinæo, quod celebres illas Leges ad dubias & litigioſas lites reſtringunt,
* quod et facit Anton. Faber *l. 12. Conject. cap. 12.* [Cum eodem conſentiunt Sande *cap. 11. n. 25.* Lenz *de ceſſ. act. cap. 23. num. 12. ſeq. & cap. 25. pr. num. 4.* Alf. de Olea *de ceſſ. Jur. & act. tit. 6. qu. 10. num. 55. 56 ſeqq.* Hilliger. *in Donell. lib. 15. cap. 15. lit. C.* Auctoris tamen ſententiæ adſtipulantur plures quoque. Vid. Lauterb. *tract. Syn. ad tit. ff. de her. vel act. vend.* §. 36 Franzk. *L. 1 Reſ. 8 num. 28 ſeq.*] Sed Salgado præcipue animum vexandi requirit, ſine quo Ceſſionarium ſuæ utilitati poſſe proſpicere exiſtimat, quam opinionem variis allegatis Doctoribus vult confirmare, neſcio, an nimia ad hanc materiam affe-
52 ctione. Quamvis autem in *d. L. Per diverſas.* Imperator occaſionem ſuæ conſtitutionis hanc alleget, quod redemtores litis ceſſas aucupando actiones, diverſis perſonas litigatorum vexationibus afficere ſoleant, & alleget hanc rationem, quod certum ſit, pro indubitatis obligationibus eos magis, quibus antea ſuppetebant, jura ſua vindicare, quam ad alios ea transferre velle, ſi cedens jus ſui debiti adeo certum & indubitatum

cre-

Google

crederet, alii non cederet, ſed ipſe exigeret. Sed certum ta-
men eſt, in iis verbis non præcipuam rationem decidendi, ſed
occaſionem tantum indigitari, aut certe cauſam tantum im-
pulſivam; nam quod nonnulli incerta nomina ceſſerint, id
ex his verbis probatur, ut & quod præſumatur quis potius li-
tigioſum, dubium & incertum nomen, quam certum cedere.
Deinde Imperatorem non voluiſſe loqui tantum de nomi- 53
nibus incertis & dubiis, ex eo ſatis patet, quod velit Ceſſiona-
rium usque ad ipſam tantummodo ſolutarum pecuniarum
quantitatem & uſurarum ejus actionem exercere poſſe. Un-
de ſi hæc conſtitutio de dubio, litigioſo & incerto tantum de-
bito intelligenda eſſet, hoc abſurdum ſequeretur, Ceſſiona-
rium, cui ceſſa ſunt jura dubia & incerta, debere probare, quod
tantum ſolverit, quantum in actione incerta & dubia contine-
batur, cui vero certum & indubitatum nomen ceſſum, eum
poſſe longe minori pretio nomen adquirere, cum tamen ra-
tio naturalis dictitet, ſi indubitatum & certum nomen licet
minori pretio emere, multo magis incertum & dubium, ubi
dubius eventus, & ratione dubii eventus ſolent ea alias in ju-
re concedi, quæ communiter non conceduntur. Et vim hu- 54
jus argumenti non obſcure fatetur ipſe Salgado *d. §. 2 num. 28*
cujus hæc verba: *Et quando eſt difficilis vel ambigua ſolutio,
propterea* nomen *emi poſſe, alias non licere. Hermoſilla &c.* & *præ-
ter* hos *Doctores immemorabiles refert Marius Giurba &c.* Ex
quibus verbis ſatis apparet, ipſum agnoviſſe, minus eſſe du-
bium, licere pro nomine dubio minus dare pretium, ſed in eo
omnes convenire. Ergo magis eſt dubium, an pro certo de-
bito minus pretium dare liceat. Et ſane ipſe Juſtinianus *in L.* 55
ab Anaſtaſio ſatis ſe explicat, ubi utitur voce (*alieni debiti*) &
poſtea (*partem quidem*) *&c.* Et ſi ad dubia nomina reſtrin- 56
gendæ hæ Leges, parum utilitatis haberent, nec de earum non-
uſu adeo quiritari Doctores haberent neceſſe. Nec eſt, quod 57
terriculamento communis opinionis nos terreat Salgado,
nam Alexander ab eo citatus *in l. 2 ff ſol. matr. num 23* hac de
re nihil habet, nec Natta, nec Steph. Gratianus Card. Mantica
quidem aliquid habet *de tac. & amb. convent. lib. 4. tit. 13 n. 16.*

ubi dicit, poſſe actionem minoris emi propter periculum & incertum eventum, quia poſſet ſuccumbere ob imprudentiam judicis, & debitor poſſet fieri non ſolvendo. Sed quid hoc aliud eſt, quam in os contradicere Imperatori, nam hæ
58 rationes in certo & incerto nomine locum habent. Domin. à Soto *in tr. de J. & J.* a Salgado citatus, *lib. 6. qu. 12. art 2. verſ. faſſi enim.* nihil habet pro Salgadi opinione, hoc enim tantum dicit, æs alienum, quod ille debet, a quo vel propter pauperiem, vel propter fidei tenuitatem non eſt recuperatu facile, minoris vendi poſſe, quam ſit ejus quantitas, nec merces inſanis undis commiſſas, tanti emi, quam ſi ſint in portu. Sed hæc Salgadi opinionem in certis nominibus non probant.
59 Sed nec allegatus Lud. Lopetz. *de Contract. lib. 1. cap. 3. §. Igitur concluſio &c.* quicquam pro Salgado facit, ſed contra Cajetanum, Navarrum & Armillam defendit, debita aliena citra crimen uſurariæ pravitatis emi non poſſe minoris. Et ſic con-
60 tra eundem Salgadum pugnat. Sed nec Joh. Guttieretz *lib. 6. quaſt. Canon. c. 39. num 33.* quicquam pro Salgado facit, nam dicit, de eo nomine, quod incertum & periculo expoſitum eſt, & ubi faciendæ ſunt expenſæ. Sed ea non eſt ſententia Salgadi, nam expenſarum rationem habendam eſſe, nemo negat. Sed idem ille Guttieretz *l. 2. quaſt. cap. 172. num. 1.* dicit quidem nomina periculo ſubjacentia, tanto viliori pretio emi, quantum minus valet, & communiter æſtimatur propter periculum, quod habet, vel expenſas in actione &c. Sed
61 notandum eſt, ipſum de incertis nominibus agere. Deinde patet, non differere eum de noſtra quæſtione, an nomen certum minoris emi poſſit, ſed præſuppoſito, quod in caſibus exceptis vel præſuppoſito conſenſu Superioris, quando licita eſt emptio nominis, quodnam ſit juſtum nominis pretium, quæ duæ quæſtiones ſæpe a Doctoribus confunduntur, nam nomen minoris emi non poſſe regulariter, ipſæ Leges convincunt, ſed quando bona fide ex cauſa neceſſaria vel alio modo emitur nomen, quodnam ſit juſtum pretium, ne nimis
62 exiguum ſit pretium, hæc alia quæſtio eſt. Quod idem etiam in Scaccia obſervandum *in tr. de Commerc. §. 1 qu. 1. n. 430.*

nam

nam ibi de hac quæſtione agit, quodnam ſit juſtum pretium nominis, Reſpondet, quod deductis expenſis ſupereſt, quod non nego, & ſubdit, actionem non poſſe emi pro minori pretio, quam ſit in ea, niſi habito reſpectu ad expenſas & labores, & addit, certum & liquidum debitum non poſſe emi minori pretio Hæc contra Salgadum. Sed *num. 431.* deſcendit ad debitum incertum & dubium propter paupertatem debitoris vel fidei tenuitatem, *quod non eſt facile recuperatu:* (ſunt verba Scacciæ) & in illo caſu juſtum pretium putat eſſe poſſe minus ſumma debita. Et concludit *num. 435.* his verbis Scaccia *Alio ergo pretio emi poteſt nomen debitoris potentis & rixoſi, ſeu difficilis, alio nomen debitoris facilis, alio nomen debitoris divitis, alio inopis, alio nomen certum & ſine periculo, alio nomen dubium, litigioſum & cum periculo &c.* Sic ergo Scaccia determinat quæſtionem, quo pretio nomen æſtimari debeat, cæterum, quod nomen certum minoris emi poſſit, quatenus certum eſt, non dicit In Azonio loco allegato nihil invenio. Sed cætera allegata evolvere non licet Nonnullos forte Hiſpanos allegatos non vidit Germania, ſed ex his, quæ dicta ſunt, de aliis ferri poteſt judicium.
63 Et ſane non tantum rationibus ſupra ſatis ſtaturninata illa contra Salgadum ſententia, ſed & æquitate ſe tuetur. Nam ſi certum nomen eſt, cur alius vendit? cur alius emit? niſi ſtudio lucri. Eſt alias res ſordidior, rem pluris emere, ut cum lucro vendas. Et ſub hoc pallio omnes redemtores litis ſe tegere poterunt, nam dicent, habui illud nomen pro incerto, ideoque licere putavi vilius emere. Nec obſtat, ſi dicas, quis emeret, ſi non lucrum ſpetaret? Reſpondeo, ideo odioſa in Jure eſt emptio alienorum nominum
64 Puto igitur, quicquid dicant Doctores, hanc *Legem Per diverſas.* generaliter eſſe intelligendam. Scil. non poſſe emi, ſive certa, ſive incerta & dubia minori pretio, ita, ut emptor poſſit plus, quam dedit, exigere, idque evincunt argumenta ſuperius tradita. Et ſane hi ipſi Doctores, qui dicunt, dubium vel incertum debitum poſſe minoris vendi ob dubium eventum, ut Molina *d. 361 n. 9. & ſeq* Card Tuſchus *concl. 109. num. 26. & ſeq. lit. C.* & Caſpar Mantzius *in Tr. ad has*

duas

duas Leges, quaſt. 2. num. 12. & ſeq Card. Mantica *de tac & amb. convent. l. 4. tit. 13. num 16.* Domin. a Soto *de J. & J. lib. 6. qu. 12. art. 2 & alii* fateri coguntur, in debitis certis & non dubiis
65 non licere minoris vendi. Sed & debitum incertum non poſſe in hoc capite, ubi de dictis Legibus loquimur, minoris vendi hoc effectu, ut totum exigatur, manifeſto ex hac *Lege Per diverſas.* probatur, nam Imperator præſumit, ceſſa nomina eſſe dubia. Ergo ſequitur, generaliter eſſe intelligendam Legem,
66 etiam in dubiis debitis. Sed quando jam in caſibus exceptis verſamur, ubi licet minoris vendere, & tunc quæratur de juſto pretio, dum forte cedens ſe læſum dicit, & nihil eſt actum contra Anaſtaſianam Legem, tunc illam doctrinam Doctorum, quo pretio nomina æſtimanda, an v. gr. nominum incertorum pretium ſit pecunia cum debiti quantitate, ſeu numero conveniens, item an debitum certum, ſed in diem ſuſpenſum, juſte minoris vendi poſſit ob moram &c. & illas quæſtiones
67 ſuo loco relinquo. Sed hæ ad *Legem Per diverſas.* non ſunt trahendæ, in qua Imp. indiſtincte vetat minoris emi. Sed in caſibus illis, ubi licita per dictam Legem emptio minoris, locum hebet, ſi forte cedens ſe læſum exiſtimet. Non nego tamen, in hac materia habendam etiam eſſe rationem expenſarum, quæ pro exigendo nomine factæ ſunt, ita ut pretium nominis, computatis expenſis faciendis vel factis, ſummæ ceſſæ reſpondeat. Caſtr. *in d. L. Per diverſas. num. 8.* Trentac. *d. l.* Johannes a Sande *in tr. de Ceſſ. Act. cap 11. num. 9.* Nam vulgare eſt, non intelligi aliquid captum, niſi quod expenſis deductis ſupereſt. Unde quoties de hac materia in judiciis agitur, deberet judex Ceſſionario injungere liquidationem expenſarum, ut videre poſſit, an juſtum & proportionatum ſit pretium.
68 Sic putant ob diſtantiam loci, ſi decem debeantur, quinque poſſe eſſe pretium juſtum, cum quinque facile inſumi & expendi poſſint. Menoch. *l. 2. Arb. qu. caſu 248. num. 1 & ſeq.* Da. Mevius *in diſcuſſ. levam. inop. debit. cap 7. num. 29.* [Conf. Philippi *ad Deciſ. El. 28. Obſ. 3. num. 3. ſeq.* Franzk. *l. 1. Reſ. 8. num 71. ſeq.* Add. *num 53. 54.* Alf. de Olea *de Ceſſ. Jur. & act. tit. 6. qu. 10. num. 17. 22.* Burger. *cent. 1. obſ. 28. num. 4.* Qui omnes

quo-

quoque arbitrio Judicis committendam definitionem juſti
pretii ajunt, pro ratione circumſtantiarum: ſic tamen, ut in-
commodi quoque, periculi & uſurarum, præter expenſas, ha-
beatur ratio, inprimis ſi debitum ſit illiquidum, & multis diffi-
cultatibus obnoxium, arg. *l. 104 ff. de R. J. l. 6 ff. de dolo* atque i-
dem quoque in Saxon. obſervandum, haud obſcure ex *Dec. El.*
11 colligitur, ita tamen, ut ad evitandas fraudes quibusdam cau-
tionibus opus ſit, de quibus inf. *ad num. 74. inf.*] Quamvis ve- 69
ro Dn. Mevius *d. l.* Berlich. *dec 33. num 14* id juſtum pretium
definiat, quod deductis impenſis factis aut faciendis, læſio-
nem ultra dimidiam non excedit, non putarem tamen (quod
pace JCtorum iſtorum dixerim) hic *Legis 2. Cod. de Reſcind.*
vendit. ullam habendam eſſe rationem, non tantum, quia
læſionis nulla hic fit mentio, ſed & *d. L. Per diverſas.* cum
ſequente, verbis potius ſcripta eſſet, nam idem eſt, ac ſi dice-
rem, non poteſt pro parte vendi, & donari, poteſt tamen pre-
tium deminui usque ad dimidiam partem . quis non videt,
hoc intentioni *Anaſtaſii* & *Juſtiniani* repugnare. Et ſane læ- 70
ſio ultra dimidium attenditur in iis caſibus, ubi ipſe contra-
hens cum alio, in eo contractu, quem init, læſus eſt, ſed
quando res inter alios acta, ut hic inter cedentem & ceſſiona-
rium, quis diceret, ceſſum debitorem ultra dimidium oporte-
re eſſe læſum? Ex alterius facto, ne in minimo quidem me
lædi, jura permittunt. Et ſi nomen magnæ quantitatis cede-
retur pro minimo pretio, non poſſemus dicere, læſum eſſe
debitorem ceſſum. per exiguitatem pretii, ſed Cedens de læ-
ſione poterat conqueri, & ergo ſententiam illam de eo forte
caſu intelligo, quando Cedens queritur, in venditione nomi-
nis ſe ultra mediam partem eſſe læſum, nam tunc audiendus
eſſet. Sed de eo caſu hic non loquimur, ſed hic quæſtio eſt,
quantum oporteat eſſe pretium, ut actioni venditæ conveniat,
& debitor (non Cedens) ipſam ceſſionem impugnare non
poſſit Et gloſſa quidem hanc nonnullorum opinionem re- 71
fert *in d. L. Per diverſas. verb. aliis cauſis:* ſed mox, ut ſolet, et-
iam alias opiniones recenſet, nec in ea ſententia adquieſcit. Il-
lud quidem concedo, in nominibus incertæ æſtimationis, non

D præ-

præciſe poſſe juſtum pretium determinari, ſed arbitrio boni viri definiendum eſſe, cum alias pretia rerum non in puncto mathematico conſiſtere debeant, ſed quod in his etiam tum demum pretium injuſtum dicatur, quando dimidiam partem excedit, id vero nec in his incertæ æſtimationis nominibus, ob dictas rationes, admittere poſſum. [Itaque quando quæritur, utrum Ceſſio dimidium juſti pretii excedens locum faciat reſciſſioni ex *L. 2. C. de reſc. vendit.* tria videntur notanda, ut ratio controverſiæ appareat? (1) Ceſſionem ſupponi ſine dolo factam; & (2.) quæſtionem intelligi debere inter Cedentem & Ceſſionarium, & diſquiri adeo, num hi invicem conqueri hoc remedio poſſint de læſione, & (3.) In Saxonia plerumque, in caſibus exemtis a rigore Anaſtaſianæ Legis. Atque ſic demum nec diſſentiente Auctore, *vid. n. 70.* quæſtionem affirmative decidi poſſe. Q[uo] pertinet clara Deciſio *El. Nov. 28.* § Von obenerzehlter Satzung. ubi enumeratis probatisque caſibus Jure communi a Legis Anaſtaſ. diſpoſitione exceptis, hæc verba ſubjiciuntur Jedoch daß ſolcher keine (*Ceſſion*) *Læſionem ultra dimidium* in ſich halte: Denn anderer Geſtalt, dem verkürtzten Theil *ad Reſciſſionem* zu klagen unbenommen, und dem *Fiſco* oder der Obrigkeit hieran kein Recht zugeworffen ſeyn ſolle. Ubi inſuper, quod obſervari meretur, ſuperabundantem ſummam ſeu exceſſum dimidii, fiſco cedere, expreſſe denegat Sereniſſimus Legiſlator. Add. & §. Setzen, ordnen und wollen &c. ibi jedoch daß ſolches zum wenigſten den halben Theil erreiche. Conf. Philipp *ad d. Dec. Obſ. 4.* ubi *num 6. ſeq.* ex Reſcripto Elect. de Ceſſionibus, §. Und ſolches zum fünfften, mercatores excipit, quos pleraque Conſtitutionis Anaſtaſianæ non ſtringunt, quo liberior ſit commerciorum uſus. Franzk. *l. 1. reſ. 8. num 42.* Add. Philippi *ad d. Dec. Obſ. 4. & Obſ. 7. num. 9. & 10.* Cæterum debitorem nunquam, niſi peccatum in Legem Anaſtaſianam, aliave juſta ceſſionis requiſita neglecta videat, & probare poſſit, ſuper Ceſſione conqueri poſſe, manifeſti juris eſt. *l. 3. C. de hered. vel act. vend. l. 1. C. de novat.* Quod vero ad caſus ſub L. Anaſtaſiana comprehenſos attinet, rarius ibi in Saxonia de læſione conqueri poterit alterutra pars, cum, ſi minus pretium quantitate debiti ſolvatur, id

Judi-

Judicis auctoritate & cognitione prævia fiat; ſi tamen appareat
læſio ultra dimidium, quin locus ſit querelæ, non eſt dubium.
arg. *l. 19. de reb. cred.* Gœhauſ. *Peric. Acad. P. 3 q. 23.* Denique in
quibus caſibus ceſſat ipſa *L. 2. C. de reſc. vend.* iis ceſſabit & reſpe-
ctu ceſſionis.] Sed hic indagandum eſſe puto, an forte hæ le- 72
ges per contrariam conſvetudinem videantur ſublatæ. Alle-
gant nonnulli deſvetudinem vel contrariam conſvetudinem,
ſicut in Gallia non obſervari has leges, teſtantur Imbertus &
Godofr. *ad d. L. Per diverſas poſt lit. A.* Sed reperiuntur, qui
dicunt, nihil eſſe his Legibus uſitatius, ut Mornacius *ad dd. Leges,*
quem refert Paul. Chriſtinæus *vol. 2. deciſ. 49. num. 13* qui &
Charondam allegat. In Sabaudia etiam adhuc in viridi ob- 73
ſervantia eſſe has Leges, teſtatur Ant. Faber, *teſtis omni exceptio-
ne major, lib. 4. Codicis ſui, tit. 26. def. 9. num. 2.* In Provin- 74
ciis Germanicis, Imperatori Romano Auguſtiſſimo, ut Auſtriæ
Archiduci parentibus, eas obſervari, teſtatur maxime Cæſare-
um Reſcriptum, cujus poſtea fiet mentio. In Provinciis Saxo-
nicis, Electoralibus præſertim, nova ſanctione fuere repetitæ.
[(1.) Per Edictum de Ceſſionibus, *de 1. Februar. 1614.* §. So ſol-
len des Anaſtaſii und Juſtiniani gantz heilſame Conſtitutiones
de Ceſſionibus actionum in guter Auffacht gehalten und de-
nenſelben auff begebende Fälle / in Sprechen und Erkennen præciſe
nachgegangen werden. (2.) Per *Deciſ. El. Nov. 28.* per quam ta-
men rigor Anaſtaſianæ Legis pauliſper mitigatus, ut etiam mi-
nori pretio tuto cedere liceat nomen & actionem, modo ceſ-
ſio (1) judicialiter, coram quocunque tamen judice, fiat, (2) ex-
preſſa in inſtrumento ſumma pretii a Ceſſionario ſoluti, aut
cauſa debendi, pro qua ceſſum nomen, (3) adjecta quantitate
debiti ſeu nominis ceſſi, & (4.) ut pretium non ſit infra dimi-
dium nominis, quo pertinent verba Deciſ §. Setzen / ordnen
und wollen demnach / daß ob wohl alle Ceſſiones entweder
gerichtlich &c. geſchehen ſollen / doch hinführo in dem Fall / do
einer künfftig eine Schuld / oder Action, wenn er die Mittel ſol-
che fortzuſetzen nicht hätte / &c. wie auch aus andern erheblichen
Urſachen / einem andern umb ein geringers / als die Schuld an ſich
ſelbſt beträgt / jedoch daß ſolches zum wenigſten den halben Theil

erreiche/verhandeln wolte/ er ſolches coram quocunque Judice gerichtlichen thun/ die Summa/ wie hoch er ſolche überlaſſen/ in der Ceſſion bekennen/ und dadurch die cauſa debendi vor genugſam beſtärcket gehalten werden ſoll/ derowegen jedesmahls ſolche Cauſa debendi, und das Quantum Debiti, wie hoch hingegen die cedirte Poſt angenommen/ richtig und ohne einigen falſch/ Gefehrde oder erdichtete Titul mit deutlichen Worten ausgedruckt/ und/ wann dieſes beſchiehet/ die Ceſſio vor ſtraffbar nicht erachtet/ und in hohen und niedern Gerichten darauff erkennet werden ſoll. Add. cit. Edictum *de Ceſſ.* §. Und über das zum ſechſten. Vid. Philipp *ad d. Dec. obſ. 3 num. 11.* Quæ requiſita etiam ad Ceſſiones ante Edictum & Deciſionem celebratas referri debuerunt, ita tamen, ut bimeſtre ſpatium illis corrigendis indulgeretur, *per Edict.* §. Und ſoll dieſe unſer abgeſetzte Verordnung innerhalb zweyen Monathen/ von der Publication ihren Anfang gewinnen. & §. Befehlen hierauff *ibi.* wie wir denn unſern Hoffgerichten/ Juriſten-Facultäten und Schöppenſtühlen in allen/ und alſo in præteritis & futuris Negotiis nach dieſer unſerer &c. Verordnung zu ſprechen und zu erkennen/ gleichfals befehlen wollen. & per *d. Dec 28* §. Setzen/ ordnen und wollen. verſ. Welches wir auch von denenjenigen Schulden/ ſo allbereit cediret/ wenn gerichtlichen darauff geklaget wird/ alſo gehalten wiſſen wollen/ indem dieſes allbereit quoad Cauſam debendi im Torgauiſchen Ausſchreiben und Edict de Ceſſionibus verſehen.]

75 Quid alibi fiat, pro certo non affirmo: id tamen indubitanter dico, quia hæ Leges omnium confeſſione fundamentum habent in pietate & juſtitia, Mevius *d. c. 7. num. 20.* & contrarium bonis moribus eſt contrarium, *d. l.* & ceſſiones ejusmodi contra Legem Anaſtaſianam factæ, ſunt fraudulentæ & uſurariæ, Dn. Carpzov. *l. 5. Reſp. 33. num. 11.* & nec juramento tales ceſſiones confirmari poſſunt, juxta Doctores, quos ſuperius allegavi, neceſſario ſequitur, contrariam conſvetudinem eſſe corruptelam potius, quam conſvetudinem. Et

76 procul dubio conſvetudo iſta (utar illa voce ex hypotheſi, nam alias corruptelam debui dicere) errore primum introducta, quæ in poſterum errore detecto non obligat, juxta *l. 39. ff. de*

Digitized by Google

ff. de LL. Nam licet judicata forte reperiantur, detecto ta-
men errore non datur jus ad exercendos actus alios ſimiles il-
lis, qui antea per errorem quaſi ex conſvetudine putata exerce-
bantur, licet actus anteriores erronei non revocentur, *per L.*
Barbarius. ff. de Off. prat. Franzkius *ad Digeſta ad tit. de Legibus.*
num. 97. & ſeq. Lex ſane deſvetudine non abrogatur, v. g. ſi 77
Lex non obſervata, non tamen adducta. ſed conſuetudine con-
traria, ſi Lex adducta, ſed non obſervata animo introducendi
contrarium, *Burſatus conſ. 339. n 16.* nec Leges tacite antiquan-
tur. Et licet multi ex populo id agant, ut Lex oblitereretur, Lex 78
tamen vincit conſvetudinem, ut ex *Cujac. ad l. 9. ff de Juſt. & Jur.*
in ſimili materia uſurariæ pravitatis ait Dn Joh. Otto Tabor
de Altero Tanto p. 2. art 3. num. 6 ubi plura in hanc rem habet.
Et licet Sacri Conſilii ſententiæ in eodem Regno jus faciant, ta- 79
men id cum reſtrictione intelligendum, cum ſæpe ex minima
negotii diverſitate, diverſa & contraria decreta oriantur, & ſæ-
pe fit, ut quod uno tempore Ampliſſimus Ordo judicavit, alio
tempore emendet & corrigat, ſunt verba Chriſtinæi *dec. 51. n. 6.*
ubi allegat Afflictum *dec. 291 & alior.* Et quamvis acriter diſce- 80
ptent Doctores, an ſententiæ vel deciſiones Supremi Conſilii vel
Summorum Tribunalium, exemplum & præjudicium ſtatuant,
ut apparet ex traditis Chriſtinæi *dec. 1. vol 1* conciliat tamen
ipſe duobus modis contrarias opiniones, imo diſtinguit, an præ-
judicia præſente Principe lata, an vero a ſolo Senatu, ſicut hanc
diſtinctionem in hac ipſa controverſia vult innuere Theſſaurus
in præfat. deciſ. n. 32. fere in medio, ibi : & deciduntur præſente
principe. nam in principio numeri dixerat, Senatum Sacrum
Pedemontanum leges facere non poſſe. Deinde diſtinguit 81
Chriſtinæus, an cum præjudiciis congruat ſententia Doctorum
communis, (dicere jus commune mallem) tunc præjudicia
pro Lege allegari poſſe. Et ſane nemo noſtrum eſt, qui non 82
ægre ferat, nomen ſuum, quo alii obſtrictus eſt, alii per mercan-
tiam quaſi cedi & vendi. Nec puto ullibi locorum conſvetu- 83
dinem cum omnibus requiſitis probari in hac materia noſtra
poſſe. Nam notum eſt, requiri actuum conformitatem, non
puto autem ullibi ſemper contra has leges judicatum fuiſſe, ut

 non

non in contrarium præjudicia reperiantur. Requiritur temporis diuturnitas, & quia conſvetudo non tantum longæva, ſed & inveterata, *l. 32. ff. de Legibus* & antiquiſſima, *l. fin. C. de jure fiſci*, appellatur, verius eſt, ad tempus decem annorum eam non debere reſtringi, poſt alios Franzkius *d. l. num. 117.* Sed talem inveteratum, longævum, antiquiſſimum, non interruptum u-
84 ſum nemo mihi demonſtrabit. Optandum autem eſſet, ut Principes has ſaluberrimas Conſtitutiones contra redemtores litis, quibus paſſim provinciæ abundant, additis novis ſan-
85 ctionibus, exemplo Auſtriacæ Domus, renovarent. Sed ea jam ardua quæſtio eſt, An id, quod ſuperfluum eſt, cedat lucro debitoris, an cedentis, an vero fiſco? v. gr. Ceſſit Titius Cajo nomen 100 flor. quibus Titio obſtrictus erat Sempronius, & accepit Titius pro nomine hoc vendito 60 fl. quæritur, an illi ſuperflui 40 flor. lucro cedant debitori, i. e. ut ab illis liberetur
86 debitor, vel cui cedant? Diſceptantes ſunt hic ſententiæ, quas enumerat cum ſuis rationibus Carpzov. *l. 5 Reſp. 33. n. 18. & ſeqq.* Quidam enim in tribus tantum caſibus, qui habentur *in § 1. & d. l. ult.* putant, lucro tantum debitoris cedere, in cæteris caſibus penes Cedentem manere, & hoc defendit Carpz. *p. 2. Conſt. 30. d. 37.* & Berlich. *deciſ. 35. num. 4. & ſeq.* Alii indiſtincte id debitori lucrum aſſignant, ut Cujac. *lib. 10. obſ. 4. & l. 16. obſ. 6.* Ant. Gabr. *l. 2. comm. concl. tit. de Act. concl. 5. num. 1.* Sande *d. cap. 11. num. 10.* & Finckelthaus *obſ. ſua 17.* [Richter *P. 1. dec. 36. num. 14.* Manz. *de L. Anaſtaſ. qu. 8.* Alf. de Olea *de Ceſſ. Jur. & act. tit. 6. qu. 10. n. 70 prac. & ſeq.* & prolixe Parladorius *l. 2. rer. quot. c. final. § 4. n. 11.* Conf. ſi cedens & ceſſionarius doli particeps ſit, Lauterb. *diſſ. de Procur. in rem ſuam th. 35.*] Alii vero fiſco id tribuunt, ut noviſſime Dn. Carpzov. *in dict. reſp. 33. num. 27. & n. 35.* [Franzkius poſt hos *l. 1. Reſ. 9. num. 9. ſeqq.* intereſſe putat, num interveniat aliqua machinatio & dolus in ceſſione, cujus & cedens particeps ſit quoque cum Ceſſionario, an vero illa ſine fraude ſimpliciter ad inſtantiam Ceſſionarii facta ſit: priori caſu ſuperfluum fiſco vindicat, poſteriori cedentem ad petitionem ſuperflui admittit, falſum enim eſſe, quod omnis, qui rem pro minori quantitate cedit, in fraude ſit, & dolum ac fraudem tantum pri-

privatione ſuperflui puniri, qui tamen ex parte cedentis, ſæpenumero abeſſe poſſit; Idem & *num. 28.* Edictum Elect. de Ceſſionibus ad eum caſum reſtringit, ubi & ipſe cedens de fraude debitorem vexandi participat.] Sed perpenſis omnium 87
fundamentis, videtur ſententia ſecunda textui conformior. Nam ſi nec Cedenti, nec Ceſſionario datur actio, utique reſiduum penes debitorem manet. Et quamvis nonnulli putent, 88
id reſtringendum eſſe ad caſus expreſſos *in d. L. Ab Anaſtaſio.* in aliis tamen ſpeciebus ſimilibus eadem ratio eſt, ut recte Dn. Mevius *in diſcuſſ. levaminum. c. 7. num. 22.* Imo verius eſt, Imperatorem *in d. l.* voluiſſe declarare Anaſtaſianam Legem, quæ permittebat donationem, & *d. l. ult.* conſtituit, ut non liceat pro parte donare, & ſi hoc fiat, ad eum caſum regulam Legis Anaſtaſianæ extendit, & effectum eundem tribuit, qui in aliis ceſſionibus prohibitis locum habet. Et quis crederet, 89
Imperatorem hoc voluiſſe, Ceſſionarium pro rata tantum dati exigere potuiſſe, & cedentem pro alia parte, & ita lites multiplicaſſe? Et ſententiam illam in praxi receptiorem deprehen- 90
dit Mevius *d. l.* [Idem tamen ſui oblitus in genere opinioni Carpzovii ſubſcribit *P. 3 dec. 1. num 3. 4.*] Et ſane vix dabitur 91
caſus ceſſionis prohibitæ, ubi non gravetur debitor. Nam ſi Cedens voluiſſet partem remittere, cur non debitori remiſit? An vero ex *Conſtitutionibus Imperii, præſertim de Anno 1577. Tit. 17* Von wucherlichen Contracten. §. Dieweil aber ſolche und 92
dergleichen &c. Ceſſionarius emittat partem quartam ſortis, alia eſt quæſtio. Et videtur hoc velle Dn. Mevius *d. l num. 23.* Sed tunc non reſiduum illud, quod ſcilicet pretio realiter dato uſuris computatis ſupereſt, ſed quarta pars ſortis fiſco ſolvenda eſſet v. g. cedit quis nomen 200. flor. acceptis tantum 100. Ceſſionarius exigere vult totam ſortem cum uſuris. Sed repellitur per *L. Anaſtaſianam*, & accipit tantum 100. cum 6. flor. tanquam unius anni intereſſe, ſi hic reſiduum fiſco cederet, 100. cum 6 flor. ceu intereſſe cederent fiſco, ſin vero quarta pars ſortis, fiſcus tantum quinquaginta acciperet. Si 93
ergo in propoſito caſu Ceſſionarius 100. accipit, fiſcus 50. & vero debitor adhuc debet 50. quæritur, cui hæc cedant? Non

poſſu-

poſſumus ex *d. l.* aliter dicere, quam illa 50. debitori eſſe re-
linquenda, cum fiſcus in talibus uſurariam pravitatem ſapien-
tibus contractibus ultra quartam partem nihil poſſit adquire-
94 re. Sic ſi quis nomen 400. Thal. Titio cedat acceptis tan-
tum 100 Thal. Ceſſionario debebuntur 100. fiſco etiam cen-
tum, reliquum, ſc. 200. Thal. debitor lucrabitur, nam pro fiſco
in reſiduo non video firmum textum aut rationem, niſi id ju-
re provinciali conſtitutum ſit. Nititur enim hoc verbis *d. l.
ult. §. 1. & 2. C. mandati ibi:* vel *aliquam contra debitorem &c.
eſſe actionem*, item *nulla contra eum oriatur moleſtia.* [In Sa-
xonia El. ad dolum inprimis & ſimulationem in hac quæſtio-
ne reſpicitur, & ita ex conſtituto Jure obſervatur, ut ſi dolus &
colluſio utriusque tam cedentis, quam Ceſſionarii adfuerit,
non tantum ſuperfluum, ſeu id, quod in nomine ceſſo, preti-
um pro eo datum excedit, ſed integrum etiam debitum tam
ceſſum, quam ejus Ceſſionis nomine viciſſim præſtandum, die
gantze Forderung und Gegenforderung Fiſco Principis aut Ma-
giſtratui cujusvis loci, ad antecedentem actionem & cauſæ co-
gnitionem attribuatur, adjecta, in fraudatores Legis, arbi-
traria pœna. Expreſſa eſt hanc in rem Edicti *de Ceſſionibus*,
quod ſæpius allegavimus, ſanctio, §. Und dieweil faſt &c. verb.
Das da ſichs befinden ſolte / daß mit offtgemeldten Ceſſionibus
einiger Betrug gebrauchet / und anders / als ſichs in der Wahr-
heit verhält / gebahret würde / ſo wohl der *Cedens*, als der
Ceſſionarius der gantzen Forderung und Gegenforderung
verluſtig erkant / und noch darüber in andere Wege ernſtlich
geſtrafft werden ſolle. Et quantum ad Fiſcum, clarior in *Dec.
El. 28* §. Setzen / ordnen und wollen &c. *verſ.* So aber erſchiene /
daß hierinnen einiger Betrug oder Falſch vorgangen / und alſo
dieſer unſerer Anordnung zu wieder gelebet würde / die gantze For-
derung unſerm *Fiſco*, oder jegliches Orths Obrigkeit / auff
vorhergehende Klage und rechtliches Erkäntnüß heimgefallen
&c. ſeyn ſoll. Sed quid ſi Ceſſionarius tantum fuerit in dolo, &
cedens inductus ab eo, bona fide actionem ceſſerit? Equidem
Jus Sax. nihil definit: quæ tamen in privando reſpicit præciſe
ad dolum, ut dictum fuit, & dolus admittenti tantum nocere
debet,

Digitized by Google

debet, *L. 5. de dol. exc. L. 15, qui, 9. ff. quæ in fraud. cred.* atque omnis
pœna, ſi juſta eſt, peccati pœna eſt, ſecundum Grot. *de J. B. & P.*
L. II. c. 20. §. 1. proinde ita videtur dicendum, (1.) Ceſſionem nullam
eſſe & invalidam, quippe contra Leges initam, ac propterea
(2.) Cedenti actionem contra debitorem ad integrum debitum
relinqui ſalvam; Ceſſionarium vero (3.) pretio dato excidere, quod
fiſco cedet, cui ex dolo ejus jus fuit natum: quanquam hic notari
mereatur, in Deciſione illa Saxonica 28 vocem Gegenfor-
derung / quæ ad Ceſſionarium & pretium ab eo datum reſpicit,
omiſſam, & ſolius nominis ceſſi, der Forderung factam mentionem.
Sane ex dictis patet, Jure Sax. El. quæſtionem de ſu-
perfluo locum fere non habere. Nam ſi ceſſio quædam in ca-
ſibus non exceptis utrinque bona fide pro minori pretio extra-
judicialiter fuerit celebrata, illa ob deficientem dolum tan-
tummodo judicabitur invalida, pœnæ autem non erit locus;
cum Jure hoc indiſtincte amplius prohibitum non ſit, minoris
cedere nomen, ſi dolus abſit, nec pœna in illos, qui ſine dolo
negligunt hoc requiſitum, ſit conſtituta. In *caſibus excep-
tis* ab Anaſtaſiana Lege, uterque petere poterit, quod vi conven-
tionis ſibi debetur, & læſio quoque immodica corrigetur per re-
medium *L. 2. C. de reſc. vend.* nec quicquam juris fiſco erit,
ut ſupr. *ad. num. 71.* oſtenſum ex *d. Dec. El. 28.* Conf. ibi Philippi
Obſ. 7. Cæterum debitori ex L. Anaſtaſiana nihil lucri vindi-
cant Jura Sax. & eum a machinationibus Ceſſionarii ſolum li-
berant. Favent tamen interim eidem, dum mitiſſime cum
eo agi præcipiunt, (1) ne patiatur exſecutionem, antequam de
ceſſionis invaliditate plenarie fuerit cognitum. (2.) ut Fiſcus vel
Magiſtratus nullas ab eo exigat uſuras, niſi ex eo tempore, quo
nomen hoc ei revera obvenit: (3.) ne ſolutio rigidius urgeatur,
ſed ut termini tolerabiles præfigantur. Vid *d. Dec. 28. §.* Setzen
ordnen und wollen. *verb.* derſelbe (Fiſcus) aber hingegen dem
Schuldner nicht allein leidliche Friſten zur Zahlung zu verſtat-
ten / ſondern auch die auffgelauffenen Zinſen / biß auff die Zeit / da
es dem Fiſco oder der Obrigkeit gäntzlich zukommen / zu erlaſſen
gehalten ſeyn ſol. Philippi *d. Obſ. 7. n. 24.*] Notandum etiam circa 95
Ceſſionem illud, licet revera titulus præcedere debeat & rea-

lis ſolutio pretii juxta *l. pen. C. mandati.* non tamen neceſſe eſſe, ut in inſtrumento ceſſionis titulus exprimatur nominatim, ſi modo exinde poſſit colligi, v. g. ſi pretii fiat mentio, colligitur venditio. Menoch. *lib. 3 praſ. 129. num. 3.* Alex. Trentacinqu. *lib. 2. de act. reſol. 2. n. 1. & ſeq* Tuſch. *in pract. concl. lit. C. concl. 204. n. 4.* [Franzk. *l. 1. Reſ. 9. l. 8.* Lenz. *de act. c. 22. num. 33. 34.* Olea *tit. 1. qu. 4. num. 40. de Ceſſ.* Quod in Saxonia certum, & per *Dec. 28.* indubitatum. Nam etſi ibi pro forma ſubſtantiali ceſſionis legitimæ requiratur, ut cauſa debendi, & quantum debiti exprimatur in inſtrumento ceſſionis, ut hac expreſſione deficiente pro nulla habenda ſit, per text. *in Ed. El. de ceſſ.* § Und über diß zum ſechſten in allen und jeden Ceſſionibus ſo wohl rerum mobilium, als immobilium, die cauſa & quantitas debiti nicht allein mit ausdrücklichen Worten geſetzt werden/ ſondern auch der Ceſſionarius, daß dem gewiß alſo ſey/ und er in rei veritate eine ſolche Schuld und Summa bey dem Cedenten zu fordern habe/ coram Judice richtig darthun und beſcheinigen &c. Add. *Dec. El. 28.* §. Setzen/ ordnen und wollen. ubique Philippi *obſ. 3. n. 12.* Carpz. *l. 2. Reſp. 33. num. 16.* atque id in omnibus omnino cauſis etiam exceptis a L. Anaſtaſiana. Phil. *d. O. 3. n. 12. 13.* Carpzov. *d. l. Reſp. 34.* cum aliter conſtare nequeat, num cauſa ſit neceſſaria, niſi titulus adjectus. Lenz. *de ceſſ. act. d. l. num. 36. 37.* Attamen hoc ita temperavit *Dec. El* ut, expreſſo pretio, implicitum titulum ſufficere voluerit, *verb.* Die Summa/ wie hoch er ſolche überlaſſen/ in der Ceſſion benennen/ und dadurch die *Cauſa debendi* vor genugſam beſtärcket gehalten werden ſol. Cauſa enim debendi ibi nihil aliud, quam titulum factæ ceſſionis, denotat, ut ex collatione verborum Edicti clare conſtat: Add. præjudicium apud Philipp. *d. O. 3. num. 15.* Lauterb. *diſſ. de Proc. in rem ſuam, th. 14.*] Nam ſi ex ceſſionis inſtrumento titulus nullo modo appareat, ceſſio pro ſimulata vel rectius illicita habetur, ut Doctores communiter ſentiunt. Br. Bald. Caſtr. Salyc. *ad d. L. Per diverſas.* quos laudat Caſpar. Klock. *Conſ. 130. n 14.* Alex. Trentac. *d. reſ. 2. num. 1.* Menoch. *d. praſ. 129. num 39.* Hippolyt.
96 Rimin. *Conſ. 130. num. 15.* Quemadmodum enim traditio rei corporalis dominium non transfert, niſi fiat ex cauſa apta, per

L. Num-

L. Nunquam nuda. 31. ff. de Adquir. rerum domin. ita nuda traditio actionis ſive ſimplex actionis mandatum non transfert utilem actionem nec directam, ſi juſtus titulus deſit, *L. Quiſ ſipendia. 9. C. de proc.* cum difficilius adquirantur incorporalia, *l. 1. §. fin & l. 2. ff. pro ſocio.* Joh. a Graſſis *in tr. de Ceſſione juris, §. 1 num.* 5. [Mev *P. 4. dec. 323. num. 8. 9.*] cum donatio non præſumatur. {Senſus hic eſt, non tantum juſtam cauſam & titulum in cedendis nominibus intervenire, ſed etiam inſtrumento ceſſionis inſeri, in eoque minimum per pronam conſequentiam & implicite, notari debere, alias haberi Ceſſionem pro nulla, Lenz. *de ceſſ. act. c. 22. num. 30.* Quod negat quidem Lauterb. *diſſ. de Proc. in rem ſuam, th. 14.* nullus dubitans, ſi Procurator poſſit titulum legitimum probare, quin in rem ſuam experiri poſſit, per *l. 1. C. plus val. quod ag. l. 6. C. ſi quis alteri vel ſibi, l. 25. in f. ff. de probat.* Titulum enim ut ſubſit quidem neceſſe eſſe, ut inſtrumento inſeratur, in Jure Civ. non reperiri ſancitum. De jure Sax. tamen idem i em eſſe confeſſam fatetur. *Vid. ſupr. notata.* Ampliant vero priorem ſententiam Doctores, etiamſi juramentum fuerit additum Ceſſioni. Lenz. *l. c. num. 31.* Hillig. *ad Don. l. 12. c. 9. lit. d.* Alf. de Olea *t. 1 q. 4. num. 18.* Philippi *ad Dec. El. 28. Obſ. 1. num. 8. & 13.* Cæterum ceſſionem inter conjunctos factam valere, etiamſi non conſtet de titulo, cum titulus donationis præſumatur, tradunt Doctores apud Franzk. *l. 3. reſ. 8. n. 10.* Lenz. *d. l. n. 32.* Olea *d. l. n. 28. 29. 30.* Sed dubitat, num hoc Legibus conveniat, Lauterb. *d. Diſſ. th. 4.* Id certe perinde eſt, ſive in principio inſtrumenti, ſive medio, ſeu fine, tituli mentio fiat, Lenz. *d. l. num. 38. 40* Franzk. *d. l. num. 11* Olea *d. l. n. 26. 27.*] Sic ergo ſine fraude 97
& rite ceſſio facta inſtar traditionis eſt. Joh. de Graſſ. *d. tract. §. 6. num. 8.* Nic. Noalis *tr. de tranſmiſ. caſ. 38. num. 7.* Et ſicut in corporalibus transfertur dominium, ſi præcedat titulus aptus, ſeu cauſa transferendi dominii, ut venditio, in ſolutum datio, donatio, in dotem datio vel ſimilis, & ſubſequatur traditio rei ſuæ, ita in actionibus requiretur (1.) Titulus ſive cauſa transferendæ actionis, Tuſchus *in concl. pract. lit. C. concl. 204. num. 1.* v. g. donatio, venditio, in ſolutum datio. {Eſt enim juſtus titulus ſeu juſta cauſa, in qua agitur de dominii translatione, Bachov. *ad*

Treutl. V. 1. diſp. 9. th. 1. lit. a. verſ. ut ſi donandi animo. Lenz. *de ceſſ.*
act. cap. 22. n. 7 ſeq. (2.) Ipſa quaſi traditio, i. e. ceſſio ſeu man-
datum. Ceſſio enim in corporalibus idem operatur, quod operat
traditio in corporalibus. Tuſchus *lit. C. concl. pract. 205. n. 1 & 4.*
[Alf. de Olea *de ceſſ. act. t. 1. qu. 4. num. 10 17. ſeq.*] In eo tan-
98 tum differt traditio rerum corporalium a ceſſione actionum,
quod ibi vere transferatur dominium rei, hic non, ſed quaſi, ut
ex dictis patet. [Add. Lenz. *de ceſſ. act. c. 4. memb. 2.*] Ut et-
99 iam natura Ceſſionis jurium melius cognoſcatur, ſciendum eſt
diſcrimen inter delegationem debitoris & ceſſionem. Dele-
gare enim eſt vice ſua alium debitorem creditori volenti dare,
L. Delegare. 11. ff. de novat. ubi conſenſus etiam alterius debitoris
ſubrogati neceſſarius eſt; *l. 1. C. de Novat.* ſed in ceſſione non
eſt conſenſus ejus debitoris neceſſarius, contra quem cedo actio-
nem. *d. L. 1. C. de Novat. l. 3 C. de hered. vend.* [Vid. Lenz. *de ceſſ.*
100 *act. cap. 12.* Richterus *P. 1. d. 36. num. 4.*] Deinde ceditur actio
etiam ei, qui non eſt creditor, ſc. cauſa donationis, *L. 11 C. de do-*
nat. at delegatio fit tantum creditori. *d. l. 11. ff. de Novat.* In de-
legatione mutatur debitor, hic creditor, quoad exercitium
actionis; illic nova obligatio conſtituitur, hic non, ſed alius
tantum procurator in rem ſuam conſtituitur. De quibus diſ-
criminibus videantur Joh. del Caſtillo *in tr. de uſufr. c. 62 num 3.*
Pet. Greg. Tholoſ. *lib. 21. ſyntagm. cap. 20. num. 6. &* Joh. a San-
de *d. tract. C. 1. num. 9. & 10.* Dn. Hahn. *ad Weſ. in tit. ff. de*
Novat. in fine. [Lenz. *c. 4. memb. 4.* Alf. de Olea *de Ceſſ. Jur. &*
act. t. 1. qu. 2. num. 50. ſeq & tit. 7. qu. 3. num. 27. ſeqq. Quomo-
do Ceſſio bonorum differat a ceſſione nominis, vid. Lenz. *c. 4. m.*
1. Olea *de Ceſſione Jur. & act. tit. 1. q. 1. n. 6 7. ſeqq.* quomodo
itidem traditio, Lenz. *m. 2. c. 4.* quomodo novatio, *memb. 3.*
101 ſolutio, *membr. 5.* datio in ſolutum, *memb. 6. d. c. 4.*] Illud et-
iam ad formam ceſſionis non quidem in genere, ſed in ſpecie
pertinet, quando certa ſolennitas ad rei alicujus alienationem
requiritur, vel obligationem, quod tunc eadem ſolennitas re-
quiratur ad ceſſionem actionis realis, ut *ex l. 5 §. Fundum 8. ff.*
de rebus eorum &c. poſt Alexandrum *lib. 3. conſ 27.* notat Ti-
raqu. *de Retract. conſang §. 1. gl. 7. num. 2.* Schraderus *vol. 2. conſ. 37.*
num.

num. 187 & Bened. Carpz. *lib. 5. reſp. 35. n. 5.* V. g. ut res immobiles 102 minorum ſine decreto judicis alienari non poſſunt, *l. 1 Cod de prædiis minorum.* ita & minor, accedente licet conſenſu curatoris, non poteſt cedere actionem realem, quam habet ad rem immobilem, Tiraq *d. l.* & Sande *c. 2. num. 12.* Schrad. *d. conſ. 39. num 187. per L. Si ad reſolvendam. 7. C. de prædiis min.* [Alf. * de Olea *de Ceſſ. Jur. & act. tit. 2, qu. 1. per tot. & imprimis n. 31. ſeqq.* Lenz. *c. 6. memb. 8. num 17. ſeq.* cum actio ad rem immobilem competens inter immobilia referatur, Carpz. *P. 3. c. 23. d. 8. n. 8.* Idem eſt, ſi actio competat ad rem pretioſam, quæ ſervando ſervari poteſt, *l. 22. C. de adminiſtr. tut.* Lenz. *d. l. n. 16.* Olea *d. l. num. 38.* & ejusmodi ceſſio eſt ipſo jure nulla, nec minor, etiam curatorem non habens, eget reſtitutione in integrum. Lenz *d. l. n 9. & ſeq.*] Sed quid ſi minori aliquis obligatus ſit 103 ad præſtandum fundum vel ſolvenda 100. quæritur, an hæc actio ſine decreto judicis alienari poſſit? Reſp. Tiraq. *ad finem P. 1 de Retr. conſang. num. 22.* ubi plures allegat, ex eventu pendere, an hæc ceſſio valeat. arg. *l. 10. ff. de fundo dot. l. 106. de V. O l. 50. §. 1. de leg. 2.* nam ſi debitor, cujus eſt electio, ſolvat fundum, non valet, ſi 100. valet, ex Tiraq. notat Sandius *c. 3. in fin.* [Sequitur Tiraquellum etiam Olea, *tit 2. q. 1. n. 44.* * *ſeqq.* In partes negantium autem propendet Lenz. *c 6 memb. 8. num. 28.* In eo tamen conſentiunt omnes, quod ſi electio eſſet ipſius minoris, obligationem illam alternativam ſine ſolennitatibus cedi non poſſe; quia electio a fragili minoris judicio pendet, cui ut ſuccurratur, & quo jura minorum intacta ſerventur, introducta iſta ſolennitas fuit. Lenz. *d. l. num. 26.* Alfons de Olea *num. 41. d. l.* Quæ tamen accipienda tantum de ceſſione ſpontanea ſeu voluntaria, non vero de neceſſaria, quæ nempe legibus cogentibus fieri ſolet, uti tradit Lenz. *d. l. num. 31.* Interim ſi remiſſior tantum neceſſitas, v. gr. ſi ob æs alienum actio cedatur, nihilominus ſolennitate legali opus eſt, *l. ult. C. de præd. min.* Lenz *d. l. num. 54 55. ſeq* Menoch *l. 2. caſ. 171. num. 50.* Auctor *ad. l. 2. & 17. C. de præd. min. in fin.* Ulterius tamen hæc tantum accipienda erunt ita, ut minor, Eccleſia, vel qui ſine ſolennitatibus cedere non poſſunt,

 in ipſo

in ipſo interim acquiſitionis actu jura poſſint retrocedere, ut
prolixe oſtendit Olea, *t. 1. q. 2. per tot.* Conf B. Auct. *ad l. 3. & 1.*
104 *C. de præd. min. num. 14.*] Sic immobilia Eccleſiæ bona non
poſſunt alienari, niſi cum forma præſcripta *in Auth. Hoc jus
porrectum. C. de SS. Eccleſiis.* Ergo Eccleſia tale jus cedere
nequit, niſi iſta forma obſervata. Sand. & Tiraq. Schrad. *dd. loc.*
105 Sic quia civitas nil quicquam poteſt alienare citra formam
præſcriptam in *l. fin. C. de vend. rebus civit.* ideoque neque ci-
tra formam illam jura ſua cedere alius poteſt. Schrad. *d. l.* poſt
Joh. de Platea *in illam Legem.* [Eccleſiæ & Civitates iisdem
cum minoribus fruuntur juribus, unde Olea *alleg. loc.* omnia, quæ
106 de minoribus tradiderat, ſimul ad Eccleſias &c. applicat.] Ea-
dem ratio eſt, quemadmodum hypotheca in feudo ſine con-
ſenſu Domini non poteſt conſtitui, ita ſemel conſtituta, non po-
teſt cedi, ſine novo Domini conſenſu, quia conſenſus Domini
eſt ſtrictiſſimi juris Rauchbarus *p. 1. q. 6. num. 29.* Heig. *p. 2. q.*
107 *5. num. 28.* Carpzov. *l. 5. reſp. 36. num. 5. & ſeq.* Quamvis in
puncto juris hæc quæſtio ſit admodum dubia, quam duabus
concluſionibus expedirem. Prima ſit; conſenſum ad aliena-
tionem feudi datum, alii cedi non poſſe. Et ad hanc reſtringo
ſententiam antea allegatam, & eorum, qui dicunt, conſenſum
in feudis ad alium per ceſſionem transferri non poſſe. Secunda
concluſio ſit, conſenſum ſuper hypotheca feudi conſtitutum
cedi poſſe, nam conſenſus hic non datur perſonæ, ſed rei, quia
debitum in feudi utilitatem contractum, ideoque feudum pro
eo obligatum, quia ergo debitum ipſum transfertur in alium
quoad exercitium, cur non & conſenſus, rei, non perſonæ præ-
108 bitus, poſſit transferri? Neque obſtat ratio, quia conſenſus
non egreditur perſonam, quia hic nullus fuit habitus reſpectus
perſonæ, ſed rei ſeu debiti, in utilitatem feudi contracti. Et ſa-
ne hæc ſecunda concluſio habet pro ſe regulam. Quicquid in
heredem poteſt transmitti, id per ceſſionem poteſt transferri,
at vero hypotheca in feudo conſenſu Domini conſtituta pot-
eſt in heredem transferri, ergo. Major eſt liquida, & probatur
ex *L. Ex pluribus 42. de Admin. tutel.* & licet Andr. Tiraq. *in tr. de
Retract. conſang. §. 26. gl. 1. num. 46.* excipiat fideicommiſ-
ſum

ſum univerſale & ipſas actiones directas, exceptio tamen hæc firmat regulam in caſibus non exceptis. Minorem non puto ab ullo negari, nam ſi pater conſenſu firmatum debitum habeat, non puto ullum dubitare, quin hoc ad heredem transeat. Conf. Molina *de jure primogen. l. 4. c. 5. num. 39.* quem citat Klock. *conſ. 16. num 100. vol. 2.* Et ſane quoties in Actis habui- 109
mus creditores, ceſſum jus hypothecæ conſenſu Domini firmatæ habentes, nunquam vidi in Facultate dubitatum, quin Ceſſionarius, ob conſenſum a cedente impetratum, præferri debeat aliis. [Conf. cum Auctore Mev. *P. 7. dec. 311. & P. 8. dec. 254.* Lenz. *c. 26. memb. 2. n. 29. ſeq.* Diſſentiunt Juris Saxonici Doctores communiter, vid. ſupra *num. 106.* quorum ſententia publica etiam ſanctione corroborata in *Ed. de Ceſſionibus*, §. Und ob wohl. ibi. Und ob wohl zum andern die Rechts-Lehrer über die Frage: Ob ein Unterpfand/ ſo mit des Lehn-Herrn Conſens auf ein Lehn-Guth verſchrieben/ einem andern ohne anderweit neuen Conſens cedirer werden könne/ zweiffelhaffter Meinung/ ſo laſſen wir uns doch derer Opinion, ſo je und allewege an unſerm Hoſe biß anhero gehalten/ auch darnach in vorfallenden Sachen ſententioniret und erkant/ gefallen/ die den neuen Conſens vor nöthig erachten/ und ſol ſo wohl in præteritis als futuris Negotiis keine dergleichen Ceſſion, ohne des Lehn-Herrn neuer Einwilligung/ unangeſehen der Verſchreibung/ und darüber zu anfangs ausgewürckten Conſens die Clauſul, von jeden getreuen Innhabern einverleibet/ vor kräfftig erkant werden. Quod poſtea repetitum in *Ordin. Proc. tit. 46.* §. So laſſen wir. addita eadem extenſione, etiamſi debitor creditori in obligatione expreſſe permiſerit, ut liceat hypothecam iterum alienare, & deſuper generalis Domini conſenſus fuerit impetratus: adjecta tamen limitatione, niſi in conſenſu illo creditori expreſſe concedatur, ut liceret bona illa ipſi obligata ſine novo conſenſu alienare vel hypothecare. Confirmat idem *Dec. El. 28.* §. Von oberzehlter Satzung. ibi: (Es wäre denn eine Lehns-Verpfändung darinn enthalten.) & *Dec. 40.* §. Nach dem aber unſere. ibi: die nicht Lehen ſeynd. Conf. Philippi *ad d. Dec. 28. O. 5. num. 4. ſeq.* Dn. Lud. Gunth. Martini *ad*

ni *ad Ordin. Proc. d. l. num. 5. ſeq.* Lenz. *de Ceſſ. act. c. 26. memb.*
110 *3 num. 11. 12 ſeq.*] Eadem ratio videtur eſſe hujus quæſtionis, ſi ſtatutum ſit, ut immobilia non poſſint alienari ſine conſenſu judicis, ut in Saxonico foro, anne & ceſſiones actionum ad immobilia requirant authoritatem judicis? Et quamvis dicendum videatur, quod ſic, per regulam noſtram, ſed aliter reſpondet Carpz. *l. 5. reſp. 35.* quia autoritas judicis requiſita in obligatione immobilium non eſt ſolennitas ad ſubſtantiam actus neceſſaria, ſed tantum confirmatio quædam: ratio videtur etiam eſſe hæc, quia hypotheca prohibetur conſtitui citra judicis authoritatem, ſed de hypotheca jam conſtituta & in alium transferenda,
111 ſtatutum nihil diſponit. Ergo ſtatutum in hoc caſu nihil ope-
* ratur. [Negativam hic quoque dudum amplexi fuerunt Hoſ. *P. 2. q. 5.* Mollerus *ad P. 2. C. 23. num. 17. ſeqq.* Et quanquam repugnare videatur *Edict. de Ceſſ.* §. Wie denn auch vors dritte ſolches ſol ſtatt haben in Hypotheca Rerum allodialium, item in Ceſſione Actionis ad Rem allodialem immobilem, alſo daß keine *Ceſſion* für kräfftig zu achten / es ſey denn ſelbe coram competente Judice vollnzogen / und Actis publicis inſinuiret. Attamen hæc diſpoſitio non tantum in *Ordin. Proc. Tit. 46* §. So laſſen wir auch. 7. utpote Lege recentiori mutata, *ibi:* und wollen ſo viel dieſen Paſſum betrifft / unſer am 1. Febr. 1614. von den Ceſſionibus publicirtes Auſſchreiben hiermit ſo ferne declariret und erkläret haben. Lenz *de Ceſſ. act. cap. 26. memb. 4. num. 23. 24. 25.* ſed & noviſſime peculiari eam in rem *Dec. El. 40* correcta, ita, ut Ceſſiones quoque hypothecarum rebus mobilibus allodialibus inhærentium, nulla ſolemnitate indigeant, quorſum legantur, quæ inf. *ad fin. cap. hujus de judicialibus ceſſionibus* notata.] Ergo ſuperior regula, quod eadem ſolennitas requiratur ad ceſſionem actionis in rem, quæ ad conſtituendum jus in re neceſſaria eſt, ita intelligenda; ſi ratione perſonæ, non ratione rei ſolennitas requiritur, ut in alienatione bonorum pupilli, minoris, Eccleſiæ, Civitatis; Ratione rei vero ſine intuitu
112 perſonæ, in feudis, in immobilibus & ſimilibus. Præterea & illud circa formam ceſſionis notandum, quod ceſſio non tantum inter vivos quibuscunque verbis fiat, v. g. do, cedo, concedo, man-

do, mando, præſto, exhibeo, transfero, & ſimilibus diſpoſitive prolatis. Frano. Caldas *tr. de empt. c. 24. num. 26.* ſed etiam in ultima voluntate. Marcus Mantua *in C. Ex parte. n. 1. X. de alienat. judic. mut. cauſ.* &c. per *L. Nomen. 34. pr. de Leg. 3. L. 1. § 2. ff. ad SCt. Trebell.* Fr. Caldas *d. tr. c. 24. n. 31.* [Cum ceſſio ſit ſpecies mandati. Vid. ſup. *n. 4.* Jure civili quoque cujuscunque ſit quantitatis, vel nuda voluntate, quocunque modo, voce, literis, nutu aut alio idoneo facto declarata, fieri poterit, arg. *L. 1. § 1. ff. mand. §. un. I. de obl. ex conſ. l. 43. pr. ff. de procur.* ſuppoſito nempe juſto titulo. Lauterb. *diſſ. de Proc. in rem ſuam. §. 11.* Nec præciſe eadem requirit ſcripturam, ne quidem ad probationem, quippe quod illa teſtibus fieri poſſit, vid. inf. *cap. 5. num. 68.* quod pluribus demonſtrat Olea *de Ceſſ. Jur. & act. tit. 1. qu. 5.* unde quæ ſupr. *num. 95.* dicuntur, ad Ceſſiones, quæ fiunt in ſcriptis, pertinent. Verus tamen conſenſus exigitur, cum mandatum ſit verus contractus, & ſic fictus non ſufficiat; quanquam tamen & tacite aliquando Ceſſio facta dicatur, cujus exempla quoque occurrent. Cæterum diviſiones Ceſſionum notabiliores hæ ſunt. (1.) Ceſſio alia *Voluntaria*, quæ plane ſponte & nullo cogente jure fit, alia *Neceſſaria*, eaque vel *proprie talis*, ut quæ Legibus jubentibus & cogentibus fit, vel ope actionis, vel exceptionis, vel Judicis officio, extorquetur, de qua inf. *cap 3.* Conf. Olea *t. 1. qu. 3. n. 35.* Lenz. *cap. 5. n. 3. 4.* vel analogice, quæ inprimis ex parte Ceſſionarii intelligitur, vid. ſup. *n. 30. & 37.* cum nempe cauſa juſta & urgens, & quæ rei familiaris quandam minatur jacturam, adeſt, propter quam ceſſio accipienda, qualis ceſſio neceſſaria quoque interpretibus Juris dicitur, ſed improprie, juſtam tamen cedendi & Legibus non circumſcriptam aut prohibitam cauſam denotat & innuit &c. ejusmodi ſunt, quæ ab Anaſtaſio quoque excipiuntur pleræque, cum aliis. Vid. ſup. *n. 27.* (2.) Ceſſio eſt vel *Expreſſa*, quæ expreſſo tam cedentis, quam Ceſſionarii conſenſu, aut verbis, aut actu quodam externo declarato, peragitur: vel *Tacita*, in qua nullus cedentis actus intervenit externus aut conſenſus expreſſus, ſed is interveniſſe fingitur, idque aut beneficio Legis, vid. Mev. *P. 4. dec. 215.* aut officio Judicis, Mev. *P. 4. dec. 214.* Add. *P. 6. dec. 360. 361.* aut pro-

F pter

pter aliud factum, quod, niſi tacitam cedendi voluntatem ſupponas, non poteſt habere effectum, Mev. *P. 8. dec. 440 Nov. 135. §. Juſjurandum.* aut per modum acceſſorii, quo pertinent actiones, quæ tendunt ad defenſionem rei venditæ vel alterius actus. Conf. Olea *d. l. num. 5. 6. 15. 16. ſeqq.* Lenz. *d. l. num. 7. ſeq.* (3) Ceſſio eſt vel *Judicialis*, quæ fit coram Judice & in Judicii loco; vel quæ actis publicis inſinuatur, & a Judice confirmatur; quæ ejusdem ſunt effectus; vel *Extrajudicialis*, quæ non tantum extra judicium perficitur, ſed nec actis publicis inſeritur, nec a Judice confirmatur, etiamſi coram Notario & teſtibus facta ſit. Lenz. *d. l. n. 11. ſeq.* Quæ diviſio Juri communi & Civili non debet originem, quippe quo nihil intereſt, fiatne Ceſſio in Judicio, aut extra illud ſemper enim & ſolo conſenſu valida eſt, niſi alia ratione in Leges impingat, exceptis tantum iis ceſſionibus, in quibus Judæus ab alterutra parte aut cedentis, aut ceſſionarii, aut debitoris ceſſi intercedit, qua de re inf. *c. 2. n. 57. ſeq.* aut ſi nomen 500. ſolidos excedens, donationis titulo transferatur, de quo ſup *ad num. 26.* Lenz. *de ceſſ. act. cap. 26. memb. 1.* ſed Jure particulari introducta eſt, quo ad evitandas fraudes Judicis auctoritas ad ceſſiones actionum requiritur. Sic Jure Wurtembergico, ſi actio 20 fl. excedit, ceſſionem ejus non ſubſiſtere, niſi fiat ſciente Magiſtratu, tradit Lauterb. *diſſ. de Proc. in rem ſuam, th. 11. in f.* Et de Jure Saxonico Electorali inprimis advertendum eſt, quænam Ceſſiones auctoritate Magiſtratus perficiendæ ſint? Res hoc Jure non ubique æque eſt manifeſta, nec ſtandum ſolo Edicto de ceſſionibus, quod & ſubobſcurum eſt, & poſtea non una vice declaratum, præſertim Noviſſimis Deciſionibus, quæ cum fugerent ſuo tempore Lenzium, nec ille ubique rem recte definit. Notandæ itaque erunt regulæ quædam, & depromendæ ex poſteriori Jure, ac Leges ita ſibi ſubordinandæ, ut recentiorum ratio potior ſit, & illis præcipua auctoritas, *l. ult. ff. de Conſt. Princ.* conſtet (1.) Jure Sax Electorali *nulla Ceſſio, quæ fit pro minori pretio, & quantitate, ſive pro pretio non æquivalente, valida eſt, niſi fiat judicialiter, coram Judice tamen quocunque*; expreſſa ſunt verba *Dec. El. 18. §.* Setzen, ordnen und wollen. *verb.* daß hinführo in dem Fall, do ei-

nes

nec künfftig eine Schuld oder Action, wenn er die Mittel ſolche fortzuſetzen nicht hätte/ oder ſelbige ſelbſt einzumahnen ihme ſonſten beſchwerlich zu ſeyn erachtete/ wie auch aus andern erheblichen Urſachen einem andern um ein geringers/ als die Schuld an ſich ſelbſt beträgt &c. verhandeln wolte/ er ſolches coram quocunque Judice Gerichtlichen thun &c. ſoll. Ampliatur regula (α.) ut nec ceſſio coram tribus perſonis integræ ac probatæ opinionis facta valeat, per *Ed. Elect. de Ceſſionibus*, § Und ob wir uns auch. 7. *ibi:* So ſollen hinführo diejenigen Ceſiones, ſo vor dreyen Perſonen allein ergangen/ nicht mehr gültig ſeyn. quod hoc in paſſu non eſt mutatum, & quotiescunque recentioribus quoque Juribus judicialis inſinuatio requiritur, pleniſſime vigee. (β.) Ut ceſſio etiam coram Notario & duobus teſtibus confecta pro extrajudiciali & invalida habeatur. *d. Edict. de Ceſſ. cit. § 7. ibi:* Wann aber doch der Notarien hin und wieder eine groſſe Menge/ derer etzliche gantz ungeſchickt/ eigennützig und in Contracten groſſe Verwirrung anrichten/ &c. ſo ſollen hinführo die jenigen Ceſſiones, ſo vor Notarien und zweyen Zeugen geſchehen &c. nicht mehr gültig ſeyn &c. (γ) Si mercator Nomen aut actionem cedat non mercatori, vel ex adverſo non mercator mercatori. *cit. Ed. de Ceſſ.* § Und ſolches. 5. *ibi:* Do ſie (Kauffleute) mit andern/ die keine Kauffleute ſeynd/ handeln würden/ ſollen ſie ſich dieſer Nachlaſſung in keinerley Weiſe anzumaſſen/ noch zu erfreuen haben/ &c. diſſentit quidem, ubi non mercatori mercator cedit, Berlich. *P. 2. concl. 29. n. 44. ſeq* ſed ei reſpondet Lenz. *c. 26. memb. 3. n. 17.* ex generalitate textus hujus. (δ) Sine diſcrimine ſummæ aut perſonarum. *cit. Ed.* §. Und ſolches zum fünfften ohne Unterſcheid der Summen/ ob ſie hoch oder gering/ auch der Perſonen/ ſo mit einander contrahiren &c. Limitatur (α.) in ceſſionibus neceſſariis propriè dictis, velut quæ fiunt a creditore fidejuſſori ſolventi, aut inter plures fidejuſſores, ſimilibusque caſibus. *d. Edict.* § Und ſolches zum fünfften. verſ Die Ceſſiones aber. (β.) In ceſſionibus neceſſariis analogice ita dictis, ab Anaſtaſio ipſo exceptis & approbatis in Jure Saxon quo pertinet *Dec. El. 28* §. Von obertzehlter Satzung &c. *ibi:* in welchen Fällen es nicht allein keiner gerichtlichen

 Ces-

Ceſſion oder Conſens noch Erkäntnüß bedarff; ſondern auch denen Partheyen einen mercklichen Vortheil und Nachlaß zu thun allerdings verſtattet wird &c. ex qua dubitare amplius non licet, quin hæ quoque ceſſiones, *caſuum ſimilium* nomine in Edicto de Ceſſionibus veniant, quod negat Lenz. *c. 26. m 4. num. 6 7. ſeq.* (γ) Si fiat per modum dationis in ſolutum. Quem caſum quidem nullibi exceptum tradit Lenz. *d. l. memb. 3. num. 24. 25. ſeq.* ſed excepit eundem *Dec. Elect. 28. cit.* §. Von oberzehlter Satzung. *ibi:* Und wann einem Gläubiger eine Obligation zu ſeiner Bezahlung in ſolutum über haupt und Bogen abgetretten worden. unde verba Edicti de Ceſſ. citata Lenzio amplius non obſtant. Conf. ſup. *numer. 28.* (δ.) In Ceſſione inter mercatores celebrata, utrinque nempe, *d. Ed. El.* §. Und ſolches. *verſ. Allem. ibi:* Allein Kauffleute ausgenommen/ wann die mit einander unter ſich handeln/ die geſtalten Sachen nach an dieſer Ordnung nicht verbunden. Idque ob commerciorum favorem, ut ibidem exprimitur. (2.) Jure Sax. El. *Ceſſio omnis pro pretio æquivalente, etiam extrajudicialiter facta, rata eſt, firma & valida, niſi aliud, quod in Legum præſcripta impingit, concurrat.* Probatur regula ex *Ordin. Proc. Sax. Tit. 46.* §. Ferner die Nomina oder auſſenſtehende Schulden belangende/ hat es keinen Zweiffel/ daß dieſelben quoad Actionem perſonalem, und ſo weit ſie auff Perſöhnlichen Zuſprüchen beſtehen/ ohne Solennitet, ſo wohl als die fahrende Haab verpfändet werden können. Et quamvis hic §. tantum de nuda oppignoratione nominis loquatur, attamen de Ceſſione etiam intelligendum eſſe, oſtendit non tantum §. *ſeq.* So laſſen wir auch. *7. pr. ibi:* So laſſen wir auch geſchehen/ daß ein Gläubiger das dingliche Recht/ ſo er auff dergleichen beweglichen/ wie auch unbeweglichen Güthern/ die nicht Lehen ſeyn/ &c. erlanget/ ohne fernere Inſinuation oder andre Solennitet einem andern *cediren* und verpfänden möge. Und wollen/ ſo viel dieſen Paſſum betrifft/ unſer am erſten Februarii 1614. von den Ceſſionibus publicirtes Ausſchreiben hiermit ſo ferne declariret und erkläret haben &c. Sed & inprimis *Dec. El Nov. 40. ibi:* Nachdem aber unſre Proceß- und Gerichts-Ordnung *Tit. 46.* dieſes deutlichen Innhalts iſt/ daß der Gläubiger nicht allein

Digitized by Google

allein die auſſenſtehenden Schulden/ *quoad Actionem perſonalem*, und ſo weit ſie auf Perſöhnlichen Zuſprüchen beſtehen/ ſondern auch das dingliche Recht &c. ohne fernere Inſinuation oder Solennitet, einem andern *cediren* und verpfänden möge &c. integra autem Deciſio de Ceſſionibus loquitur, & quæſtio ejus in rubrica ſic concipitur: Ob eine Verpfändung beweg- und unbeweglicher Güther/ ohne gerichtliche Inſinuation, einem andern *cediret* und abgetretten werden könne? Neque obſt. (1.) *Edictum de Ceſſ.* §. Wie denn auch vors dritte. *& §. ſeq.* Anreichend auch zum vierdten &c. ubi generaliter omnes Ceſſiones judicialiter peragendas præcipitur; daß keine Ceſſion vor kräfftig zu achten/ es ſey denn dieſelbe coram &c. Judice vollzogen &c. Hoc enim Edictum mutatum expreſſe quoad hunc paſſum per *Ordinat. Proc. & Dec. El 40. tit. 28.* Lenz. *c 26 m. 4. num. 27.* Nec obſt. (2.) quod mentio nullibi fiat pretii æquivalentis: nam hæc inter diverſas has Leges eſt harmonia, ut una alterius ſanctiones ſupponat, *Dec. El. 28.* ad *Ordin. Proc.* etiam quoad extrajudiciales ceſſiones provocat, §. Setzen/ ordnen und wollen. & ſolas, quæ pro minori ſumma fiunt ceſſiones, judicialiter fieri jubet, atque inde, ſi pretium æquivalens detur, vi connexorum extrajudicialiter fieri poſſe innuit. quo & pertinet *Dec. El 40.* Atque regula hæc ampliatur in actione hypothecaria ad rem allodialem immobilem vel mobilem competente. Vid. ſupr. not. ad *num. 111.* per *Ordin. Proc. d 1. 46. §. 7 P. 2. C. 23. Dec. El. 40.* Limitatur regula (1) in hypotheca rei feudalis. Vid. ſupr. ad *n. 109.* Lim (2) in ceſſione juris ex areſto Saxonico, rite impetrato & renovato, competentis, *Ordin. Proc. Sax tit. 51. § fin* Vid. *inf. c 4. n. 69.* Lenz. *de Ceſſ. act cit. c. 26. m. 3. n 26* Lim. (3.) & (4.) ex Jure communi, ut ſupra dictum, ſi Judæus interveniat, Lenz *d. l. n 31. ſeq* aut nomen donatum ultra 500 ſolidos ſit Lenz. *d. c. 26 memb. 3. n. 29. & m. 4. n 56 ſeq.* Et hæc ita neceſſario obſervantur, interim ubivis conſultum erit, judicialiter fieri ceſſiones, quo paratior inde executio ſit. Conſ Philippi *ad d. dec. 28. Obſ 5.* Carpz. *l. 5. Reſp. 35 36. 37.* (4.) Ceſſio dividitur in *Publicam* & *Privatam*, quæ eo ſenſu differunt, quo Inſtrumenta publica & privata, vid Lenz. *c 3 n. 17. ſeq* In Sax. Elect. tamen ex antecedentibus conſtat, ubi judicialis

ceſſio requiritur, non ſufficere inſtrumentum a Notario confectum &c. Utiliter tamen in iis caſibus adhibetur publica, ubi ceſſio extrajudicialiter fieri poteſt, ut melius de omnibus conſtet, & ut iis in locis, ubi præciſe Judicis auctoritas non requiritur, vera numeratio pretii juſti rite oſtendi queat.]

CAPUT II.

Qui & Quibus cedere poſſint.

SUMMARIA

CAP. II.

Omnis poteſt cedere actionem, qui habet liberam ſuorum vel alienorum bonorum adminiſtrationem. num 1. [Quatenus fœmina?]

Rationis uſu ergo deſtituti non poſſunt. n. 2.

Nec minor curatorem habens. n. 3.

Nec curator nomine minoris. n. 4.

Et minor contra ceſſionem, a ſe rite factam, poteſt reſtitui. n 5. [niſi jam ex alia cauſa ſit nulla.]

Pater non poteſt cedere actiones filio competentes num 6.

Procurator, ſpeciale mandatum habens, poteſt cedere actionem extraneo. num 7.

Non vero procurator, generale mandatum habens. n. 8.

Procurator principali cedere tenetur actiones adquiſitas n. 9.

Ceſſionarius utilem actionem alii cedere poteſt. n. 10.

Tutor quomodo nomine pupilli cedere poſſit. n 11.

Bannitus ex Imperio cedere non poteſt. n 12. [de excommunicatis.]

Secus, ſi ex certa Provincia. n. 13.

Quibus quid vendi vel ſolvi poteſt, iis etiam poteſt cedi n. 14.

Ei, qui rationis uſu deſtitutus eſt, nihil poteſt cedi. n 15.

Militi etiam cedi poteſt actio. n. 16. [ſublimi. an clerico?]

Filio vel ſervo cedi poteſt n. 17.

Potentiori cedi non poteſt. num. 18.

Ad familiares potentiorum hoc indiſtincte extendi nequit. num. 19.

Ceſſionarium utroque potentiorem eſſe oportet, ut locum habeat prohibitio Legis. n. 20.

Non prohibetur pauper cedere actionem potenti contra æque potentem. n 21.

Potentior non tantum ratione officii,

aiî, ſed & opum intelligitur. n. 22. & ſeqq.

Potentior ratione privilegii non videtur intelligendus extra caſum ſtatuti. n. 25. & ſeq.

Per donationem etiam facta potentiori ceſſio illicita. n. 27.

Ceſſio facta Eccleſiæ valet, ſi non aliunde prohibita. n. 28.

Ceſſio, facta cauſa judicii mutandi, eſt illicita. n. 29. [non tamen retroceſſio.]

Si de animo judicii doloſe mutandi non appareat, ceſſionarius privilegiatus & reconventus utetur fori præſcriptione, ſi cauſa neceſſaria. n. 30

Ceſſio potentiori facta valet, ſi de bona fide appareat. n. 31. [quod prolixius declaratur.]

Non præſumitur exinde bona, ſi pater filio ceſſit. n. 32.

Nec ſi cognato facta. d. n. 32.

Ignorantia juris an excludit præſumtionem fraudis? N. n. 33. [an conſenſus debitoris præſentis? n. 35.]

Præſumptio fraudis ceſſat in ultima voluntate n. 34.

Idem ſi ob valetudinem &c. n. 35.

Hæc vera ſunt de pœna amiſſionis debiti, nam etiam potentior litem accipere prohibetur n. 36.

In quibus differat hæc materia a titulo de alienatione judicii mutandi cauſa facta? Reſp. num. 37. [an hac exceptio adhuc hodie locum habeat & quando opponi poſſit?]

Tutori & curatori actio contra pupillum vel minorem cedi nequit. num. 38.

Lucrum adcreſcit pupillo. n. 39.

Si pupillus debitor tutori ſolvat ignoranter, an poſſit repetere. d. num. 40.

Licet pupillus hoc lucrum ſciens renuere poſſit. n. 41.

Modicum tamen nomen ceſſum excipiunt. n. 42.

Patri, tutelam filii gerenti, cedi poteſt nomen. n. 43.

Advocatis certa pars actionum cedi nequit. n. 44.

Idem ſi certa quantitas in ſpem victoriæ cedatur. n. 45.

Nec minime partis actionis ceſſio valet. n. 46 & ſeq.

Nec palmarium paciſci licet. n. 48.

Niſi lis ſit finita n. 49.

Quod exemplo declaratur n. 50.

Etiam in Ceſſionario prohibitio partis actionis locum habet. n. 51.

Nec valet promiſſio certæ quantitatis abſolute facta. n. 52.

Nec valet ceſſio alterius nominis in caſum victoriæ. n. 53.

Etiam in mercatore, qui ſollicitatoris munus ſuſcipit, hæc prohibitio locum habet. n. 54. & ſeq.

Nec ante litem conteſtatam valet Ceſſio partis litis. n. 56.

Juda-

Judæus actionem non poteſt cedere Chriſtiano n. 57 & ſeq. [& pluribus ex J. Sax.]

Nec pater contra filiumfamilias &c. n 58 [quatenus nomen conjugs cedi nequeat.]

1 QUimm cedere poſſint actiones, id unica generali regula explicari poteſt: *Quicunque liberam habet bonorum ſuorum vel alienorum adminiſtrationem, & jure civili bona ſua vel aliorum alienare poteſt, ille poteſt etiam cedere actiones. arg. l. 43. §. 1. ff. de procur. l. 21. C. mand.* [Eſt enim de genere permiſſorum. Richter. *P. 1. d. 36. num. 1. 2. 3. 4.* Lenz. *cap. 6. pr.* Lauterb *diſſ. de Proc. in rem ſuam. th. 15.* Idcirco fœmina majorennis, cum Jure Civ. liberrimam habeat diſponendi de rebus ſuis facultatem, rite contrahat & efficaciter obligetur; quin eodem Jure poſſit nominibus cedere, & in rem alienam pariter ac rem ſuam procuratorem dare, non eſt dubitandum, *L. Pupilli 96. §. Soror. 2. ff. de ſolut. L. Aliquando. 13. ff. ad Sc. vellej.* Lenz. *cap. 6. memb. 13. num 5.* Jure tamen Saxonico Elect. cum mulieres, ſive nuptæ, ſeu innuptæ ſint, ſive in judicio, ſeu extra judicium aliquid agere velint, quo obligantur aliis, ſine maritorum vel aliorum curatorum conſenſu & auctoritate nihil quicquam firmiter agant, *Conſt. El. 15. P. 2* Carpzov *tr. de Juribus fœmin. ſingul. Decad 3. Poſit. 1.* videbatur indiſtincte dicendum, curatore opus eſſe, ſi mulier cedere actionem velit, & ſic fœminas ad claſſem illarum perſonarum, de quibus *ſeq. numer. 2.* referendas: ſed inſpecto tenore *cit. Conſt. 15.* collatiſque Juribus recentioribus, *Edicto El. & Dec. 28.* de quibus *ſup. cap* ita dicendum breviter & ſummatim. (1.) *Quoties Ceſſio quædam fieri debet judicialiter*, (qua de re vid. regulæ *ad fin. ſup. cap* traditæ) *toties mulier adhibere tenetur curatorem, vel maritum* (ſub limitationibus tamen expoſitis Carpzovio *de Jurib. fœm c. l. poſit. 8. num 13. 14. ſeq.*) *vel extraneum*, cum legitimam ſtandi in judicio non habeat perſonam. Carpzov. *d. tr. dec. 9. Poſ. 2.* Lenz. *cap 6. d. l. num 8. 9 & num 19.*
2 (2) *Quoties ceſſio poteſt fieri extrajudicialiter, mulier marita tenetur adhibere conſenſum mariti*, vid. Carpzov *d. tr. dec. 3. Poſ 8. n. 18. 19. ſeq. ad fin.* Lenz. *d. l. num. 21.* ſoluta, vidua vel virgo, actionem,

ctionem, ad rem immobilem competentem, non poteſt cedere
ſine curatore; competentem vero ad rem mobilem valide ce-
dit, per *cit. Conſt. Elect. 15. P. 2.* Vid. Carpz. *cit. l. Poſ. 4.* Lenz. *d. l. n.*
22. ſeq. Limitantur regulæ, in muliere mercatrice innupta quoad
actus, mercium cauſa geſtos, *d. Conſt Elect. 15. p. 2.* & perſonis Il-
luſtribus, Lenz. *d. l. num. 33 ſeq.* Carpz. *d. cit. dec 9 poſ 4. n. 11. 12.*
& ad d. Conſt 15. P. 2. def 9 & 16] Et qui non poteſt alienare, non
poteſt cedere, poſt Dynum Tuſchus *in pract. concl. lit. C. concl.*
203. num. 10. Nam qui cedit actionem, utilitatem hujus in ali-
um transfert, ut *cap. 1.* dictum. Sic igitur ſtatim patet, nec in- 2
fantes, [Lenz. *de ceſſ. act. c. 6. memb. 1.*] nec furioſos [Lenz. *c. l.*
memb. 3. qui perfectiſſima habent furoris intervalla, tempore
intermiſſionis ſicuti quoslibet gerere actus poſſunt, *§ 1. I. quib.*
non eſt perm fac. teſt. ſic quoque procuratorem in rem ſuam
facere. Lenz. *d. l. num. 6. 7.*] & mente captos [æquiparantur
enim furioſis. Lenz. *d. c. m. 4.* Ebrii his itidem annumerantur,
quamdiu ſunt in ebrietate, ſub vulgatis tamen explicationibus.
Lenz. *d. l. m 6.*] cedere poſſe actiones ſuas, *l. 5. & 40 ff. de R. J.*
[Ceſſio enim ſine conſenſu fieri nulla ratione poteſt, & horum
tamen nullum eſſe judicium, conſenſum nullum, non tam
Leges, quam ipſa rei evidentia oſtendit.] nec natura mutos &
ſurdos ſimul, ſecus ſi utroque defectu caſu, vel alterutro natura
laborant, *arg. L. Diſcretis. 10. C. qui teſtam. fac. poſſ* Sande *cap. 3.*
num. 4 & 5. [Vid. Lenz. *d. c. 6. memb. 7.*] nec prodigos, *d. L. 10.*
[Lenz *d. l. memb 5.*] nec pupillos ſine authoritate tutoris, *arg.*
pr. Inſt. de author. tut. & l. 43. de Obl. & Act [Vid. Lenz. *c 6. m. 2.*]
nec minorem, habentem curatorem, nam quamvis ſtipulan-
do ſe obligare poſſit, *l. 101 ff. de V. O.* non tamen poteſt ullum 3
contractum celebrare, qui tendit ad alienationem bonorum.
l. 3 & ibi Dd. C. de reſtit minor Certum eſt, ſub nomine bono-
rum etiam actiones contineri, per *L. Princeps 21 L. Bonorum. 49.*
ff. de V. S. l. 4. C. quæ res pignori obligari &c l. 1 § 7. ff. ſi quid
in fraudem patroni l. 37 ff. de uſufr. legato. ex quibus & aliis
textibus id probat Pinellus *ad Rubr. C de bon mat. part. 1. num. 2.*
Tiraqu. *in L. Si unquam C de Rev. donat verbo. bona num. 8.*
Bachov. *in Treutl. vol. 2. diſp. 19. th. 5 lit. C.* [Lenz *c. 6. m. 8. n.*
6. ſeq.]

6. ſeq.] Ergo nec actionem ſine curatoris conſenſu cedere poteſt Hier. de Cævallos *tom. 1 ſpec. aur. quaſt. 56.* Sed minor, curatorem non habens, licite cedit. *d. l. 3. C. de Reſtit. min.* Sed
4 poteſtne curator loco minoris cedere? Hoc Jac. de Arena *d. Rub. 3. num. 29* recte negat, optima ratione, quia nec eum obli-
5 gat *l. 4. C. ſi tutor. vel cur. interven.* Minor tamen adverſus ceſſionem, a ſe legitime factam, poteſt reſtitui *arg. l. ult. C. ſi adverſus vendit.* niſi ſit jurata ceſſio. *L. 1 d. tit. & Auth. Sacramenta puberum* [aut niſi alia qualitas actionis ceſſæ actum & contractum ipſo jure nullum reddat, utputa ſi contra diſpoſitionem Juris actio, quæ rei immobili æquiparatur, ſine decreto judicis cedatur; quod & obtinet, ſi minor cum curatore cedit. Vid. plur. Lenz. *d. c. 6. memb. 8 num 9. 10* Add. *not. ſupr. ad cap. 1 num. 103.*]
6 Intelligimus etiam ex dicta regula, patrem, bonorum filii ſui uſumfructum habentem, non poſſe ſine conſenſu filii actiones, filio competentes, aliis cedere, *arg. l. 1 C. de bonis mat.* [Nec enim alienare poteſt bona peculii adventitii regularis ſecundum *d. l. 1. l. 4. in f. l. fin. §. 5. C. de bon. qua lib.* ſicut & filius ſine patris conſenſu nihil quicquam poteſt alienare, *d. l. f. §. 5. C. de bon. qua liber.* Conf. plur. Alf. ab Olea *de Ceſſ. Jur. & act. t. 2. qu. 6. num. 18. 19. ſeqq.* qui limitat tamen, ſi filius infans, vel abſens ſit, & adſit gravis & juſta cauſa, pluribusque diſtinguit *n.*
7 *23 ſeq.*] Quæritur hic etiam de procuratore, an cedere poſſit actiones principali competentes extraneo? Et quidem etiam ex ſupra dicta regula hoc definiendum, quia enim procuratores, ſpeciale mandatum habentes, poſſunt res domini alienare, *l. 11. §. ult. ff. de pign. act. l. 33. ff. de acquir. poſſ. l. 41. ff. de Reb. creditis.* ita etiam cedere actiones domini ex ſpeciali mandato
8 poſſunt, ut poſt alios ſentit Jac. de Arena *d. Rub. 3 n. 36.* Quia autem procurator cum generali mandato conſtitutus, non poteſt alienare bona domini, *L. Procurator. 63. ff. de procurat.* itaque nec cedere poteſt actiones, cum hæ bonorum appellatione contineantur, niſi ſcil. procurator conſtitutus ſit cum libera, per *l. 9. § 4. ff. de adquir. rerum domin. & l. 58 ff. de procurat.* [Diſſ.
9 Olea *de ceſſ. jur. & act. t. 2. qu. 6. num. 24. 25.*] Sane quod Procurator acquiſitas actiones domino ſuo cedere debeat, patet per

l. 49.

l. 49 §. ult ff. de acq. vel amitt. poſſ. de qua re ſuo loco dicetur fuſius.
De Ceſſionario etiam quæritur, an & is jus ceſſum, præſertim an- 10
te litem conteſtatam, transferre poſſit? Sed de eo etiam defi-
niendum ex ſupra dicta regula. Quamvis enim alias procura-
tor ad agendum datus, ante litem conteſtatam alium procu-
ratorem ſubſtituere non poſſit; *l. 8 C de procur.* qua de re Me-
noch *l. 2. præſumpt. 38.* aliud tamen in Ceſſionario eſt, qui
non eſt nudus procurator, ſed in rem ſuam, & actionem utilem
habet ſuo nomine, ex contractu ceſſionem præcedente, quam
in alium transferre poteſt, ut poſt alios concludit Jac. de Arena
d. Rubr. 3. num. 37. Tuſchus *pract. concl. lit. C. concl. 203. num.
16.* & experientia quotidiana comprobat. [Vid. not. ſupr. *ad
num 10 cap. 1.* ex Mev. *P. 8. dec 81.*] Quando a tutore & pupillo 11
facienda ceſſio eſt, tunc diſtinguendum videtur, utrum ceſſio
ſit neceſſaria, qua de re infra; an voluntaria. Si neceſſaria,
debet fieri a pupillo cum authoritate tutoris, aut a tutore ſolo,
ſi pupillus infans aut abſens; *L. Reſtituta 37. § 1 ff. ad SCt. Trebell.* Si
eſt voluntaria, tunc tutor cedere poteſt actionem, ſi ea utilis
pupillo, & ceſſio realis actionis, ad res tempore perituras com-
petens vel oneroſas &c. juxta *diſtinctionem L. 16. L. 22. & L. f. §. f. C.
de admin. tut.* [Tutores & curatores ſolos, non intervenienti-
bus pupillis & minoribus, actorem quidem, ſed non procura-
torem in rem ſuam conſtituere poſſe, *arg. l. 11 C. de procurat.
&c.* tradit Lauterb. *diſſ. de Procurat. in rem ſuam, th. 17*] Ban- 12
nitos quod attinet, de iis ex noſtra regula pronunciandum;
nam, quia illi, qui banno Imperiali & generali plectuntur, amit-
tunt omnia bona & actiones, omniaque beneficia Juris com-
munis, per tradita Gailii *l. 2 Obſ. 28. num 9. & ſeq. & lib. 1. de
P. P. cap. 6. num 15.* & Carpz. *Pr. Crim. qu. 140. n. 27.* Ord Cam.
P. 2 t. 9 §. 2. Ideoque etiam cedere actiones non poſſunt, quas
non habent, niſi eas poſt bannum adquirant. *arg. l. 22. §. 5. ff.
mandati.* [Secus tamen in ceſſione, facta ex cauſa *neceſſaria,*
proprie dicta, putat Lenz. *c. 6 memb. 10. num. 2. 3. 4.* Eodem vero
modo ut banniti banno Imperiali cedere regulariter non poſ-
ſunt, ita Jure Can. cedere prohibentur excommunicati, a judi-
ciis in tantum excluſi, ut neque per ſe, neque per alium agere

vel alterum convenire queant, *c. ſ. x. de proc. c. 12. x. de except.* Bocer. *claſſ 6. diſp. 6. th. 10.* quamvis quoad Jus commune id recte neget Lenz. *d. c. 6. m. 10. n. 5. 6.* Excommunicatus enim non amittit bona ſua, ergo nec jus agendi, & in judiciis etiam audiri debent, qui plane ſunt extra Eccleſiam nati & educati, unde Pontifex falcem immiſit in alienam meſſem, cum excommunicatio ſit excluſio a communione Spirituali. B. Ziegl. ad *Lan-*
13 *cell. lib. 3. t. 2. §. 13. & §. 14. & ad l. 4. t. 15. §. 20. in f.*] Sed quia cui ſpeciale bannum alicujus provinciæ irrogatum, perdunt tantum jura civitatis & bona ſub Reip. illius juriſdictione ſita, non alia, Gail. *d. c. 6. num. 15.* Ideoque actiones, ſi quas contra ex-
* traneos habet, cedere non prohibetur. [De criminis reo, quatenus cedere poſſit, vid. Lenz. *c. 6. membr. 9* de debitore, quatenus in præjudicium creditorum cedere queat, vid Olea *t. 2. qu 3.* nam illa communibus alioqui regulis conſtant, quatenus nempe illis perſonis alienare licet.]

14 Hæc de perſonis, quæ cedere poſſunt. De perſonis, quibus ceſſio fieri poteſt, hanc regulam proponimus: *quibus quid vendi & ſolvi poteſt, illis etiam vendi & cedi poteſt actio.* Ratio eſt, quia ceſſio eſt traditio actionis antea venditæ, permutatæ, donatæ, vel in dotem datæ. Ergo cui ſolvi poteſt res corporalis promiſſa vel quantitas, ei etiam ſolvi, i. e. cedi poteſt actio.
* [Eandem format regulam Lenz. *de ceſſ. act. cap. 8. pr.*] Ex qua
15 regula ſtatim apparet, non poſſe cedi actionem infanti, [vid. Lenz.
* *c. 8. memb. 1* Legari tamen infanti nomina recte poſſunt, quo caſu in infantem tanquam legatarium actio utilis transfertur, quæ tutoribus exercenda incumbit. Lenz. *d. l. n. 4. 5.*] furioſo, mente capto, naturaliter ſurdo & muto ſimul, per *l. 1. §. 12. ff. de*
* *O. & A.* [De ſingulis agit Lenz. *d. c. 8. memb. 2.*] Sicut autem pupillo, qui fari poteſt, donari poteſt & promitti ſine tutoris authoritate, *pr. I. de auth. tut.* ita, quin donandi immo etiam ipſi cedi poſſit actio, non dubitandum. Sande *de act. ceſſ. cap 4.*
* *num. 4.* [Lenz. *c. 8. memb. 1. num 6.*] Quod autem furioſis etiam actionem utilem competere ait Sande *num. 5. arg. L. 16. §. 1. ff. qui teſtam. collata cum L. Ex legato 18. C. de Legat.* id non ex
* ceſſione, ſed legato venit, de quo infra. [Minori, curatorem haben-

habenti, ſine ejus auctoritate ex cauſa oneroſa non recte cedi-
tur, cum nec eidem ſolvatur eo effectu, ut liberatio inde con-
tingat, Lenz. *cap 8. memb. 3. num. 1. 2.*] Ex regula noſtra ſequitur, 16
etiam militi cedi poſſe actionem, licet alias procuratoris
ſimplicis officium ſuſtinere non poſſit, per *L. Qui ſtipendia. 9.
C. de procurat.* ubi ratio. [Conf. Lenz. *c 8 memb. 7. n. 3. in fin.* a
Milites tamen, qui in aliquo officio, tanquam potentiores me-
rito excipi creduntur, cum graves ſoleant eſſe miſeris provin-
cialibus plerumque, ac terrere illos obtentu potentiæ, inprimis
his temporibus, collapſa admodum diſciplina, ut fere loquitur
Franzk. *L. 1. reſ. 10 num 20. & 21.* Conf. *præf.* apud Richt. *P. 1. dec.
36 num. 7.* De Clericis occaſione militum notandum, quam-
vis illis perinde ut Laicis cedi queat regulariter Jure Civ. de Ju-
re tamen Canonico id mutatum eſſe videri, ut ceſſio actionum
a Laico in clericum facta; irrita ſit, *cap. fin. x. de alien. mut. jud.
cauſa.* Vid tamen Lenz. *cap. 8 memb. fin. num. 4. ſeq.* Sane in Im-
perii & aliis Provinciis hac in parte obſervatur Jus Civ. Lauterb.
Coll. Theor. Pract. ad ff. de hered. vel act. vend. th 25.] Sic nec 17
dubitatur, ſervo poſſe cedi actionem, & filio familias, qui tamen
juxta diſtinctionem *§. 1. Inſt. per quas perſ.* acquirunt domino vel
patri. Sed ab hac regula excipiuntur (1.) potentiores, quibus 18
cedi non poteſt, per textum expreſſum *in l. 2. C. ne liceat poten-
tioribus.* ubi continetur pœna, ut ceſſio non tantum non valeat,
ſed & cedens debiti jactura plectatur. [De pœna ratione Ceſſio- a
narii vid. inf *num. 36.*] Ratio *in l. 1. d. t.* ut judiciariæ lites ſuo
potius motu diſcurrerent, quam potentiorum domorum opi-
bus niterentur: & ne Ceſſionarius præſumtione poteſtatis
adverſario ſit gravis. *arg. L. Milites 31. C locati.* [Vid. Oles *c. 2.*
q. 4. num. 1. 2. 3. Potentiores prohibentur non tantum pro-
curatores in rem ſuam fieri, ſed & poſtulando patrocinium
præbere, quod in Statu quidem Romæ populari frequens erat,
ubi viri etiam Illuſtres & Clariſſimi cauſas orare ſolebant,
Franzk. *l. 1 reſ. 10. n. 22. 26 ſeq*] Et hoc extendunt Doctores 19
etiam ad potentiorum familiares, quod probare volunt ex
verbis Legis primæ *(quam potentiorum domorum opibus nite-
rentur.)* ubi per domos familias intelligunt. Vid. Farin. *p. 2. frag-*

ment. lit. L. num. 304. Trentac. *l. 2. reſol. tit. C. de poſtul. reſ. num. 4. & ex his* Aug. Barb. *ad d. l. 1. num. 8.* Sed argumentum hoc de illis concluderet, qui ſunt de familia potentiori, v. gr. de familia Medicea, Boncombagna & ſim. ſed id ad omnes potentiorum miniſtros non licebit extendere, niſi aliis ex cauſis appareat, eo animo ſuſceptam ab Aulico litem, ut reum premat. [Requiritur ergo, ut familiaris propter affectionem aliquam ſingularem non minus ac ipſe Dominus terribilis ſit, & de eo certo conſtet, unde hoc quoque locum habere credidit Baldus in Cancellario quodam Marchionis Montisferratenſis, qui non ſolum ratione Cancellariatus, ſed etiam ex alio reſpectu potens fuerat. Vid. Franzk. *l. 1. reſ. 10. num 33. & 34.*] Cauſa

20 igitur eſt præſumtio fraudis. Sed ſtatim quæritur, cujus reſpectu hic quis dicatur potentior? An cedentis, an vero illius, contra quem fit ceſſio? Jac. de Arena *d. tract. rubr. 2. num. 9. &* Joh. a Sande *cap. 4. num. 9.* intelligunt reſpectu cedentis, non debitoris, ſed refutantur ex *l. 1. C. ne liceat potent. ubi: hoc propoſito metu.* Jam ergo metus, qui adverſario incutitur, dedit rationem conſtitutioni. Ergo potentior intelligitur ratione ejus, contra quem ceſſa eſt actio. Bl. *Conſ. 391.* Tuſchus *concl. pract. lit. P. concl. 461. num. fin.* Concludo igitur, non tantum cedente, ſed etiam eo, contra quem facta eſt ceſſio, & ſic utroque potentiorem eſſe oportere Ceſſionarium, ut dicatur ceſſio prohibita. [Diſſ. Lenz. *c. 8. memb. 6. num. 5. 6.* ubi ait potentiorem ſemper debere attendi reſpectu cedentis, non reſpectu debitoris ceſſi, ſed nulla adducta ratione.] Hinc facile

21 diluitur quæſtio, ſi pauper cedat actionem potentiori, contra æque potentem, an & ille cadat actione, quod communiter negant, ratio eſt, quia cedens ita non fraudem commiſit, ſed fraudem potius excluſit, *arg. l. Cum pater. 77. §. Titio 31. de leg. 2.* & non voluit metum adverſario incutere, ſed ſe contra violentiam defendere, ut tenent Dd. *in d. l. 2.* & Trent. *lib. 2. reſ. 1. de poſtulando n. 8.* ex qua ſententia Doctorum colligitur potentiorem etiam ratione ejus, contra quem ceſſa eſt actio, eſſe intelligendum. Il-

22 lud etiam hic explicandum, cum potentior in Jure triplici modo dicatur, vel ratione officii, vel ratione divitiarum, vel ratione privi-

privilegii, ut Eccleſia, literati, viduæ. Quæritur hic, an tantum officii ratione potentiores dicantur, ut Præſides, Dominus caſtri alicujus, Adminiſtratores civitatis &c. Hoc communiter affirmant Dd. *in d. l. 2. C. ne liceat potentioribus* & præſertim Sichardus *in Rubr. d. t. num. 2.* Trentacinq. *d. reſol. 2. num. 6.* Quia potentia officii incutit metum, non divitiæ, per *d.* 23
l. 1. ibi: hoc propoſito metu &c. Sed Joh. a Sande *d. cap. 4. n. 8.* etiam potentiorem ratione divitiarum noviter intelligit, & urget verba *in d. l. 1. C. ne liceat potent. ibi: quam potentiorum dominum opibus.* Sed reſpondent alii, ex verbo illo vix certi quid concludi poſſe, nam certum eſt, opes etiam potentiam officii & auxilia ſignificare. Ita etiam Cic. *ad Quint. fratrem: Nunc ita accidit, ut neque Prætores ſuis opibus, neque nos ſtudio noſtro quicquam proficere poſſimus.* Quicquid ſit, nihil habet abſurditatis ſententia Johannis a Sande. Nam opulentum & opibus 24
pollentem adverſarium magis interdum terrori eſſe, quam in dignitate conſtitutum, experientia docet. Et pecuniæ omnia ſunt plerumque obvia. Et ideo, quia *Lex illa ſecunda* generaliter loquitur de potentiore, forte verior eſt ſententia, generaliter hic potentiorem intelligi, non tantum, qui ratione officii, ſed etiam qui ratione opum, imo vel ob ſingularem in Aula favorem, reo præponderat, quam ſententiam ſtando in Jure communi video etiam placere doctiſſimo Jeſuitæ Molinæ *de Juſt. & Jure tr. 2. d. 340. num. 7.* & ni fallor Cujacio *l. 8. obſ. 30.* & Conſ. Farin. *p. 2. fragm. lit. L. num. 303.* [Diſſ. ratione divitia- 25
rum Franzk. *l. 1. reſ. 10. num. 15. 16. 17.* Philippi *ad Dec. El. 40. Obſerv. 2. num. 20. 21. 22.* Mev. *P. 2. dec. 175. num. 3.* Alf. de Olea *t. 2. quæſtion. 4. numer. 14. 15.* qui ſic ſtatuunt, ut quis potentioris nomine hic veniat, in ſpecie requiri, ut quis talis ſit ratione officii vel dignitatis; ſive Magiſtratus peculiaris, quales ſunt, qui habent merum & mixtum imperium, & poteſtatem de Jure & facto ſuper alium, & ſpeciatim eo pertinere Rectorem Provinciæ, tradit Mev. *d. l.* quibus alioquin interdictum ſit ejusmodi contractus inire. *L. un. C. de contract. Jud.* Unde huc magiſtratus minores non eſſe referendos, Franzk. *d. l. n. 37.* Quod ſi vero res alienata ſit in perſonam alius alicujus qualita-

tis,

tis, per quam moleſtia aliqua peculiaris metuenda, pertinere eam rem ad *tit. de al. jud. mut. cauſ.* volunt iidem; vid. Franzk. *d. l. num. 18.* Olea *d. l. num. 14. 15.* quod tamen ſtante diſtinctione harum materiarum *inf. num. 37.* ſub *num. 1.* tradita admitti non poterit. Conf. autem cum Auctore Lenz *c. 8. memb. 6. num. 4.* Cæterum Judicis arbitrio hic multum relinqui, fatentur uno ore omnes. Vid. Lenz. *d. l. num. 7.* Menoch. *l. 3. præſ. 129. num. 38.* Olea *d. l. num. 23.* Franzk *d. l. num. 20. in f.*]
25 Sed privilegium fori hic non puto attendendum. [niſi forte e. c.
* Clericus in poteſtate aliqua ratione officii ſit, quales ſunt Epiſcopi, item Milites, qui in aliquo officio, & præſertim in hibernis vel ſtativis degunt. Unde id Judicis arbitrio relinquitur. Franzk. *l. 1. reſ. 10. num. 20. 21.*] cum non de reo, qui poſſet id privilegium allegare, ſed de actore, in alium actionem transferente, hic agatur [Quod pluribus confirmant Franzk *l. 1. reſ. 10. num. 10. 11. 12.* Olea *t. 2. q. 4. num. 28. 29.*] Sed Salgado *in Labyrintho p. 1. cap. 7. num. 95. Conſtitutionem Hiſpanicam re-*
26 *citat*, [Quam pluribus explicat, atque de illa, quemadmodum
* per complures Hiſpaniæ Academias obtineat, oſtendit, & commemorat Alf. de Olea *de ceſſ. Jur. & act. t. 2. q. 4. num. 53. ſeqq.*] & Chriſtin. *vol. 2. Dec. 110. num. fin. Francicam*, quibus ceſſio in
27 ſcholarem prohibetur. Et notetur, hic latius patere hanc prohibitionem, quam eam, quæ ſupra ex *L. Per. diverſas.* tradita eſt. Nam illic licita erat actionis donatio, hic nec translatio actionis in potentiorem facta licita, licet gratis facta & animo donandi, per verba textus *in l. 1 C. ne liceat potentioribus. ibi: ut in actores ſeu procuratores in ſubſidia negotiorum vel uſurpa-*
28 *tos gratia, vel redemptos, ſevera ſententia vindicarentur, &c.* Ex his etiam judicatur, an ceſſio facta Eccleſiæ vel ſcholari valeat? Et valere, ex dictis patet, quia potentia hic reſpicitur, non pri-
* vilegium. [Franzk. *l. 1. reſ. 10. num. 49.* Olea *t. 2. qu. 4. num. 44.* niſi tamen & Eccleſia peculiari quadam poteſtate polleat, ex
29 regula tradita *ad n. 25.* Franzk. *d. l.* Olea *d. l. num. 45.*] Sed ex alia cauſa contra hanc ceſſionem agi poteſt. Si v. gr. quis vellet ſuum jus transferre in alium judicii mutandi cauſa, per *cap. fin.*
* *X. de alien. judic. mut. cauſa facta.* [Ceſſio enim judicii mutandi

tandi cauſa eſt illic ita. Mev. *P. 4. d. 103.*] nam tunc cedens tenetur ad intereſſe, ut declarat Tuſchus *lit. P. concl. pract. 463. n. 17.** [Conf. Olea *t. 2. q. 13. num. 46.*] Sed actionem non amittit. Sed 30
quid ſi non appareat, creditorem jus ſuum mutandi judicii cauſa in privilegiatum transtuliſſe, ſed potius bonæ fidei colligi poſſit? Diſtinguit hic A. Faber *libr. 3. Cod. tit. 12. def. 22.* an ceſſio in privilegiatum facta ſit ex cauſa onéroſa & neceſſaria, & tunc privilegiatus reconventus utitur fori præſcriptione; *arg. l. 33. §. ult. & l. f. de procurat.* an vero ex cauſa lucrativa, & tunc non utetur. [Dolus enim requiritur. Mev. *P. 4. d. 103. & dec. 351.** Olea *t. 2. q. 4. num. 33. 34. 35.*] Sed hæc ad titulum de alienatio- 31
ne judicii mutandi cauſa facta reſpiciunt, revertor ad materiam ceſſionis factæ potentiori. Et ſuperior regula, quod ſcil. ceſſione in potentiorem facta amittatur debitum, limitatur generaliter, niſi ex conjecturis probabilibus appareat, ceſſionem non vexandi adverſarii, aut ejus opprimendi cauſa, ſed bona fide factam eſſe, *arg. L. Qui ſtipendia. 9. C. de procurat.* poſt alios Trentac. *d. reſol. 2. n. 15.* Dominicus Tuſchus *lit. P. concl. pract. 461. num. 5.* [Pertinet enim prohibitio & ejus pœna tantum ad doloſas ceſſiones, quæ fiunt malitioſe, & adverſarium opprimendi cauſa, veluti reſponderunt quoque JCti Jenenſes apud Richterum, *P. 1. dec. 36. num. 7.* ubi vid. quæ habet ipſe Richter. *num. 8.* add. Mevius *P. 3. dec. 50.* Franzk. *l. 1. reſ. 10. num. 13.* Olea *t. 2. q. 4. num. 24.*] In ſpecie autem bonam fidem præ- 32
ſumi putant, ſi pater filio, licet potentiori, cedat actiones ſuas, quia paterna affectione, non dolo ceſſiſſe præſumitur. Trentac. *d. l.* & Tuſchus *d. lit. P. concl. 462. in fine.* [Olea *t. 2. q. 4. n. 25.*]* Sed valde dubito de hac limitatione. Nam inter patrem & filium magis militat ſuſpicio fraudis & colluſionis, quam inter extraneos, maxime ſi verſemur in materia prohibita, per *L. Data. 27. C. de Donat.* & *L. pen. § 2.* ibi: *faciliorque ſuſpicio. ff. de bonis libert.* Maſc. *concl. 816. num. 10.* Menoch. *conſ. 334. num. 47.* & quos citat Salgado (licet in cauſa ſtatuti) *in Labyr. p. 1. c. 7. n. 100.* & nullam video conſequentiam, pater filio donare ex affectione poteſt, Ergo non ad terrorem incutiendum debitori: nam hæc compatibilia ſunt, poteſt ſimul ad terrorem debitori

 incu-

incutiendum & in favorem filii cedi nomen filio potentiori. Ex quo apparet, quam illi a tramite veritatis aberrent, qui ſuperiorem limitationem ad cognatos volunt extendere, quod ipſum merito ſuſpectum & periculoſum videtur Johanni a Sande *d. tr. c. 4. num. 12.* [Conf. Franzk. *l. 1. reſ. 10. num. 50.*] Mihi etiam plane falſiſſimum apparet, & tantum ideo excogitatum, ut dentur plures rimæ, quibus potentiores ceſſionarii & cedentes ebbi & pœnas Legis evitare poſſint. [Conf. Lenz. qui conſentit, & queritur, regulam enervari tot limitationibus, *de Ceſſ.*
33 *Jur. c. 5. m. 6. num. 11. ſeqq.*] Sane excludit ſuſpicionem fraudis ignorantia Juris, quæ præſumitur in mulieribus. Trentacinqu. *d. reſol. 2. de poſtul. num. 12.* Tuſchus *lit. P. concl. 462. n. 4.* Quod univerſaliter non conceſſerim, ſi appareat, voluiſſe creditricem potentiorem ſubſtituere, nam non facile quis æquo animo ferret, ſi debitor eſſet, & potentior a creditore ſubſtitueretur, ex regula ergo, quod tibi non vis fieri, &c. debebat mulier etiam abſtinere: taceo, quod animus vexandi in Ceſſionario eſſe poſſit. [Unde & ii, qui ignorantiam Juris mulieribus & miſerabilibus perſonis non nocere in hoc paſſu contendunt, ſupponunt, non conſtare de dolo aut alia mente mulieris, ut docet reſponſum apud Richter *P. 1. d. 36. num. 10.* Alioqui tradunt, ignorantiam Juris ne quidem tum illis nocere in hac materia, etiamſi peritiores conſulere potuiſſent, Franzk *l. 1. reſ. 10. num. 46. ſeqq.* Richter. *d. l.* De minore actionem in potentiorem cedente, ſi ignorantia Juris id eum feciſſe conſtet, uti quidem in dubio cenſetur, idem contendit Franzk *d. l. num. 41. ſeq.* &, reſtitutione in integrum juvari eundem, aſſerit. Add.
34 Alf. de Olea *t. 2. q. 4. num. 30.*] Præſumtio fraudis etiam ceſſat in ultima voluntate, ideoque in potentiorem per ultimam voluntatem ceſſionem fieri poſſe, ſtatuit Tuſchus *lit. C. concl. 208. n. 7.* [Lenz. *c. 5. memb. 6. num. 5.* Olea *t. 2. qu. 5. n. 27.*] Sic etiam fraus
35 in dubio abeſſe præſumitur, ſi ob valetudinem, ætatem vel occupationes his in alium transferatur. *arg. l. 4. §. 1. ff. de alien. judicii mutandi cauſa facta.* [Idem tradunt in incarcerato, cui imminet pœna ſangvinis, ſi forte exiſtens in carcere fiſco actiones adverſus debitores ſuos cedat, id enim fieri impune, Lenz.

c. 5.

c. 8. n. 6. num 17 ob rationem datam a Franzk. *l. 1. reſ. 10 num 52.* Olea *t. 2. qu. 4. num 26.*] Sic ſi debiti quis ſolvendi cauſa trans-*ferat, arg. l. 10. pr. ff d. t.* [puta, ſi quis potentiori obligatus ſit, 35 & debitum urgenti nomen cedat, impune tunc fieri poterit ceſ-ſio, quo pertinet præjudicium apud Richter *P. 1. d. 36 num. 10.* Franzk. *l. 1 reſ 10 n 56.* Olea *l. 2. qu. 4. n. 26* quod & ad alias cauſas honeſtas extendunt Doctores. Unde caute agit, qui in ceſſione neceſſitatem, vel juſtam cauſam, ſpecifice exprimi curat. Pari ratione ceſſio neceſſaria proprie dicta, quæ ex contractu præce-dente, tantummodo acceſſorie fit, non principaliter, in poten-tiorem citra periculum fiet, Lenz *c. 8. memb. 6. n. 9.* Si debitor ceſſus præſens ſit, & vel expreſſe, vel tacite conſentiat, impune quoque fieri ceſſionem, cum Doctoribus ſcribit Lenz. *d. l. n. 18.*] Sed notandum eſt bene, licet hæ & ſimiles cauſæ liberent actio- 36 nem cedentem a pœna amiſſionis debiti, de qua tantum *in d. l. 2.* agitur, non tamen ipſam ceſſionem in potentiorem factam pro-pterea eſſe validam. Nam non tantum creditor prohibetur actionem potentiori cedere, ſed & potentior prohibetur ceſ-ſam actionem ſuſcipere, per *Rubr. d. tit. Ne liceat potentiori-bus patrocinium litigantibus præſtare, vel actiones in ſe trans-ferre.* Quin etiam in *Lege prima dicti tituli* pœna arbitraria infligitur ipſi potentiori, qui vel pretio, vel gratis alienam litem ſuſcipit, unde planum eſt probare, non tantum cedentis do-lum coerceri, ſed & Ceſſionarii, & poſſe itaque cedentem bona fide potentiori cedere nomen, & tamen ipſam ceſſionem in potentiorem factam eſſe nullam, imo ipſum Ceſſionarium, ſu-ſcipientem actionem animo opprimendi reum, poſſe & debe-re arbitrarie puniri, licet forte cedens non ex voracitate & do-lo tranſtulerit actiones. Quæ omnia ni fallor, ſua luce pa-tent, & tamen notanda ſunt propter eos, qui diſtinguenda con-fundunt. Cedens bona fide, ut repetam, non incurrit pœ-nam, ſed Ceſſionarius nulliter acceptat ceſſionem, nec impu-ne ſemper, ſed poteſt a Præſide puniri, licet ſit Magiſtratus & alias Præſidis juriſdictioni non ſubſit, per *d. l. 1. ne liceat poten-tioribus & c. verſ. nec metuas* Chriſtin *vol. 2. dec. 10. numer. 1.* [Franzk. *l. 1. reſ. 10. num. 58. ſeq.*] Quamvis autem *d. l. 2. ne lice-*

37 *at potentioribus &c.* habeat affinitatem cum *tit. ff. & Cod. de alienat. judicii mutandi cauſa facta.* Differt tamen in hoc (1.) quod ibi agatur de re alia alienata, hic de actione. (2.) Illic de alienante reo, hic actore potiſſimum, quod nec Trentacinq. negat *d. reſol. 2. num. 2.* ubi tantum *de l. 1. C. ne liceat potent.* non vero *l. 2.* loquitur. (3.) Illic de re alienata eo fine, ut futura lis evitetur, hic de lite duriore facienda. [(4.) Differunt ratione pœnæ. Vid *ſupr. num. 29.* Franzk. *l. 1. reſ. 10. num. 57 ſeq.* Olea *t. 2. q. 4. num. 20. 23.* Cæterum, cui cedat iſta pœna, inquirendum foret. ac de arbitraria, qua multatur Ceſſionarius, non videtur dubium eſſe, quin cedat fiſco: at de jactura crediti, quæ cedenti imminet vel cauſæ amiſſione, non usquequaque res eſt expedita. Franzk. *d. l. num 62.* cum Hilligero *ad Don. l. 18. c. 11. lit. M.* debitoris, non fiſci (quod tamen vult Olea *d. l. num. 31*) commodo cedere tradit, atque inde hoc deducit, non ex mero Judicis officio, ſed ad inſtantiam partis demum jus crediti amitti. Tum nec ipſo jure illam contingere, ſed pariter per modum exceptionis, ubi deinde cauſæ cognitione erit opus. Dn. Suendend *ad Fibig. p. 237.* Sed quando illa exceptio poterit opponi? Reſp. Franzk. *d. l. num 62.* non tantum in vim dilatoriæ ante litem conteſtatam, ſed & poſtea in vim peremtoriæ, quia principalem cauſam perimat, imo in executione ipſa, quod non contradicat ſententiæ, ſed actionem tantum inefficacem arguat. Conf. Mev. *P. 3. dec. 49.* Philipp. ad *Dec. El. 40. Obſ. 2. num. 11 ſeqq.* Excludit autem hanc exceptionem, nec locum facit pœnæ pœnitentia, aut nuda promiſſio cedentis, ſe ſoluturum potentiori, quod exegit judicio a debitore, Mev *P. 3. dec. 52.* ut & ſi ceſſio ex aliqua cauſa ſit nulla, Olea *tit. 2. qu. 5. per tot.* Illud item ad ultimum pro vero ſupponunt Doctores, prohibitionem hanc, de ceſſionibus in potentiorem non faciendis, tantum ad debita incerta & dubia eſſe reſtringendam, & ceſſionem debiti certi, etſi in potentiorem, valere atque impunem eſſe, Mev *P. 3. dec. 51.* Richterus *P. 1 dec 36 num 8. ubi num. 10. præjud.* Denique adhuc hodie locum ubique eſſe huic exceptioni de ceſſione facta in potentiorem, confirmat Mev *P. 2.*
38 *dec. 174.* Add. Philippi *ad Dec. El. 40. Obſ. 2. num. 10.*] A ſuperiori regu-

regula, quæ dictum, omnibus cedi poſſe actiones, quibus res vendi & tradi poteſt, excipiuntur tutores & curatores, quibus actio contra pupillum & adultum, furioſum vel prodigum cedi nequit, *Nov. 72. c. 5. Auth. Minoris. C. qui dare tutores* quia fieri poteſt, ut tutor vel curator redimat ab aliis actionem inanem & inutilem contra pupillum, & ſubtrahat apochas vel alia inſtrumenta, quibus pupillus ſe poſſit defendere, [Et hæc vera hujus rei eſt ratio, non illa, quaſi tutor ratione pupilli potentior ſit, ut exiſtimant Doctores. Rotæ Romanæ *in dec 50 n. 6 inter deciſiones Rota Romana de ceſſione jurium & actionum ab Alf. de Olea editas.* Conf Alf. de Olea *tr de ceſſ. jur. t. 2 qu. 6. num 1. ſeqq.* Lenz. *cap. 8. memb. 5.* qui oſtendit, hoc procedere tam in cauſa lucrativa, quam onerosa, *num 4.*] licet olim hoc fuerit licitum. *L. 12. ff de rebus eorum qui ſub tut.* Sed hodie talis ceſſio a creditore pupilli tutori facta vel curatori non valet, licet juſta cauſa præceſſerit & vera venditio *d. cap 5. pr. ibi. aut per venditionem & § 1 circa medium, ibi: licet hac ceſſio pro veris cauſis facta ſit* [Vid Olea *d. t. 2 q. 6.* Lenz. *c. 8.*] imo ne quidem depoſita tutela aut curatela fieri poteſt ceſſio, *d. c. 5. §. Et non ſolum 1.* [Olea *d. t. 2. qu. 6. n. 5 7.* Lenz. *d. l. num. 5. 6.*] metuendum enim, ne tempore adminiſtrationis omnia ad ceſſionem ſibi faciendam maligne præparaverit. Et ſi contra hanc pro- 39
hibitionem facta ſit ceſſio tutori contra pupillum, actionem amittit cedens & ceſſionarius, & ideo accreſcit lucro pupilli vel puberis furioſi &c. *d. c 5 §. 1* [Paul Chriſtinæus *com. 6 ad tit. C. qui dare tutor. dec 194.* Menoch. *conſ. 1225.* Parlador. *l. 2. rer quot. cap. fin. 3. part 4. num. 12. in f.* Lenz. *c 8 m 5 num. 7.*] Sed 40
quid ſi pupillus factus adultus, debitum ceſſum tutori ſolverit, poteſtne ſolutum repetere? Affirmat Salyc. *in d. Auth. Minoris num. 15.* Rittersh. *in Nov part. 8 c 5 in fine.* & ex eo Joh. a Sande *d. tr. c 4. num 24* [Lenz. *de ceſſ act. cap 8. m. 5 num. 9.*] Enititur hæc ſententia hac ratione, quod Ceſſionarius tutor cadat ipſo jure actione, ut verba ipſius *Novellæ d. c. 5.* ſatis probare videntur Et deinde indebitum dicitur, quod propter exceptionem perpetuam peti non poterat, per *L. Si non ſortem. §. Indebitum. 3. ff. de condict. indebiti* Accedit hæc ratio, ſi tutor re-

ciperet ceſſionem eo animo, ut vellet eam ſimul & tutelam retinere, omnino peccaret enormiter in Leges. Ergo quando recipit actionem, præſumitur in dubio id feciſſe, ut liberaret pupillum a debito iſto, nam aliter tutor manere non poterat. Ergo videtur ob conſenſum præſumtum tutoris, & ne præſu-
41 matur peccatum, ipſa obligatio naturalis ſublata. Nec obſtat, quod licitum tamen ſit adoleſcenti hoc lucrum reſpuere, nam ex eo tantum ſequitur, adoleſcentem ſolvere poſſe poſt perfectam ætatem donando, quod non negatur, ſed loquor hic de
42 adoleſcente per errorem vel ignorantiam ſolvente. Communiter autem excipiunt modicum nomen ceſſum, idque arg. *L. Non tantum. 17. pr. ff. de Excuſ. tut. l. 5. §. 1. ff. de Legit. tutor l. 1. in fine ff. de ventre inſpic.* Salyc. *in d. Auth. num. 4.* Bart. *ib. num. 5.* Tiraq. *in tract. de judicio in rebus modicis, exemplo 33. Molina d. 221 num. 11. &* Guttieretz *de tutel. l. 1. c. 20 num. 13.* [Alf. de Olea *d. tr. t. 2. qu. 6. num. 8.* Sed anne actio liquida & indubitata excipitur? veluti ſi crederetur cenſus, quem parens pupilli conſtituit, & quem conſtat non eſſe redemtum. Alf. Olea *d. tr. l. c. n. 13. 14.* negant Doctores Rotæ Romanæ *dec. 30 de Ceſſ. Jur. ab Olea cit. tract. adject. per modum appendicis, num. 70. ſeqq. num. 85.* ubi & ſententiam Oleæ *alleg. tr. & loc.* declarant, ſed reſpondet iis in recentiori editione tractatus ſui, *l. c. num. 15.*] Cujus ratio, quia non præſumitur tutor dolum velle adhibere in re minima, unde apparet, dolum in re minima majorem eſſe, quam in re magna, quia Doctores noſtri minus præſu-
43 munt. Et patri cedi poſſe actionem contra filium, cujus tutelam gerit, communiter receptum eſt, cum hic ceſſet præſumptio fraudis. Joh. a Sande *d. tract. cap. 4. num. 25.* [Quod ad matrem & aviam quoque applicat Olea *l. 2. q. 6. num. 8.*] Quam limitationem hic lubens concedo, cum hic metuatur fraus inter tutorem & pupillum, quam non admittit paternitas, ſecus in illa materia ne liceat potentioribus, ubi metus erat, ne fraudaretur tertius. [Cæterum quæ hic de Tutore dicta, extenduntur (1.) ad quosvis curatores, prodigorum, furioſorum &c. Lenz. *c. 8. m. 4. num. 5.* & (2.) ad Prælatos, qui jus per ceſſionem contra Eccleſiam ſuam nequeunt ſibi quærere, ut tradit

Olea

Olei *l 2 q 6. num 8 n 12.* An ad alios ſimiles adminiſtratores?
diſquirit idem *num 15*] (3.) Excepti etiam in Jure ſunt Ad- 44
vocati, quibus certa pars actionis, v g pars tertia, quarta &c.
pro labore cedi nequit, per *l. 5 C. de Poſtul. l. 15. C de procur l. 20.
C. mandati* tum propter metum impreſſionis, *arg. L. Si me-
dicus, 3 ff. de extraord cognit.* tum quia Advocati ſolebant et-
iam lites calumnioſas redimere, tum quia lites ita multipli-
cantur. Nam Advocatus talis transactionem non ſvadebit,
ſed omnibus modis diſſvadebit, ne ſperatum lucrum amittat,
& ſi ſententiam ſequiorem reportaverit, non adquieſcet, ſed
appellabit, & ſi maxime adquieſcat principalis pars litigans,
Advocatus tamen pro ſua parte, ſi licita hæc eſſet ceſſio, li-
tem continuabit [Vid Dn. Ziegl. *de Arte Rabuliſtica, cap 18.*
§ 3 4.] Idem autem eſt, ſi non conditionaliter & in eventum 45
victoriæ pars litis cedatur, ſed & ſi certa ſumma vel quantitas
vel nomen in ſpem victoriæ cedatur, quia perinde his redi-
mitur, per *L ff. mandati* Trentac. *lib 2 reſol tit. de Poſtul.
reſol. 1. num 5* b in *q 106 num 33 & 37.* Hilliger. *in Don. lib 18
c13 lit. Ccc* Sed quæritur, an ceſſio minimæ partis hæredita- 46
tis vel actionis valeat? Et quidem id affirmandum videtur jux-
ta tradita ſuperius, ubi dixi, tutorem non puniri ob mini-
mum debitum ſibi ceſſum. Sed *Azo*, quem teſtante Salyc. *ad
l 5 C. de poſtulando. num 2* ſequuntur Doctores, putat hic aliud
dicendum. Et ſane ibi agebatur de pœna, hic vero principa-
liter de nullitate actus. Sed obſtare videntur verba *d. Legis 5.* 47
(*cum gravi damno litigatoris*) ex modica autem parte non vi-
detur ſequi grave damnum litigatoris Per quam rationem
etiam limitationem illam *in d. l. 5.* ſuſtinet Bart. Putarem,
diſtinguendum eſſe, alia enim quæſtio eſt, an ceſſio minimæ
partis nominis valeat, & alia, an Advocatus ob eam ab offi-
cio Advocationis ſuſpendendus? Priorem quæſtionem
affirmarem ob alios textus ſupra allegatos, quia metuen-
dum, ne fraus fiat Legi, ſed poſteriorem quæſtionem negarem,
propter dicta verba *Legis 5.* quæ de hac ſecunda quæſtione pro-
prie loquitur. Nam non præſumitur Advocatus ob mini-
mam ſummam velle calumniari, quæ eadem ratio ſupra in
ſimili

48 ſimili quæſtione poſita. Unde facile ſtatuendum eſt, quid
de illa quæſtione judicandum, an liceat palmarium paciſci,
quod multi affirmant, quia quæſtio hæc pro marſupio eſt,
quos citat Farin. *q. 106 num. 48* qui tamen limitat, ut locum
tantum habeat in palmario minimæ quantitatis, vel ſi palma-
rium non eſt in magno exceſſu, ſed limitatio hæc textu non
tantum deſtituta, ſed etiam eſt contra *Legem 1. §. 12. ff. de Ex-
traord. cognit.* quia palmarium ibi quidem conceditur, ſed
ita, modo non excedat probabilem quantitatem ſalarii, &
cum computatione ejus, quod prius datum fuerat, & non ul-
terius, & ſic eo jure non videtur approbari promiſſio palma-
rii, excedens in aliquo, licet in non magno exceſſu, debitum
ſalarium, ut animadvertit ipſe Farinacius *d. l. num 52.* cujus
49 verba formalia allegavi. Et ſane ille ipſe textus videtur
promiſſionem palmarii reſtringere ad tempus litis jam finitæ,
non pendentis amplius, ut recte etiam Farin. *d. l. n. 50* [Vid.
B. Ziegl. *de arte rabul. cap. 18. §. 6. 7. 8.*] licet ibidem ad-
dat, lite finita non eſſe etiam prohibitum pactum de quota
litis, mallem dicere non eſſe ceſſionem ſummæ adjudicatæ,
modo ex alia cauſa non ſit illicita, nec Anaſtaſio injuriam fa-
ciat. Nam quomodo lite finita dici poſſum paciſci de quota
50 litis, ubi lis non eſt? Superiora declaro exemplo juxta *d. §. 12.
Legis 1 ff. de Extraord. cognit.* peto 1000. flor. dedi Advocato 50.
florenos pro labore & ſtudio. Obtineo victoriam & con-
demnatur reus, hic Advocato finita lite adhuc cedo nomen
50 flor. tanquam palmarium, hæc ceſſio fit lite finita, nec
excedit quantitatem ſalarii a Lege conſtituti, vel forte, ut ho-
die in Camera Spirenſi moris eſt, a judice conſtituendi, nec
hic impingitur in Legem Anaſtaſianam. Tale palmarium li-
citum eſt. Sed longe alia palmaria ſibi hodie quidam contra
51 jura ſtipulantur. Deinde quidam limitant ſuperiorem deci-
ſionem de pacto litis prohibito, nec non de palmario, quando
non loqueremur de Advocato, procuratore, notariis & ſolli-
citatore ſimplici, ſed de Ceſſionario, & tunc pœnam prohibiti
pacti de quota litis locum non habere tradunt Plotus *de jure-
jur. in litem, §. 16. num. 11.* & Farin. *d. qu. 106. num 57* Menoch. *l. 2.*

de

de Arb. qu caſu 522. num. 10 Sed pie monet Plotus & Farin. dd.
locis, quemlibet procuratorem pro ſalvanda anima ſua &
conſervanda fama debere abſtinere ab ejusmodi ceſſionibus.
Sed non dubito, eam falſam eſſe limitationem, ſi de ceſſione
lite pendente facta intelligatur, nam omnes rationes, quæ
contra promiſſionem certæ partis litis adduci poſſunt, hic
etiam locum habent, & quid intereſt inter hæc duo? Si
promittam partem quintam litis me ſoluturum, an vero ce-
dam partem quintam litis: Annon utroque modo calumniis
janua panditur? Nonne Leges verbis, non rebus ſcriptæ eſſent?
Imo ceſſio iſta magis prohibita, quam nuda promiſſio. Nam
ita cederetur res litigioſa contra jura, de quo infra. Ita Do-
ctores, quod ſupra monui, ſuis limitationibus plane eviſce-
rant & enervant ſaluberrimas Juſtiniani noſtri conſtitutiones,
& ipſam juſtitiam notorie violant. Idem de alia etiam ſive 52
declaratione ſive limitatione nonnullorum judicandum.
Nam dicunt, quando quantitas vel pars quantitativa litis de-
ducitur in pactum vel ceſſionem, tunc contra Leges agi, ſed ſi
in caſum victoriæ certa quantitas, non in reſpectu ad litem,
ſed abſolute, tunc contra Leges nihil agi. V. g. petis a reo mille,
promittis Advocato decimam partem litis, i. e. centum, contra
Leges agis, ſed ſi promittas centum abſolute, non expreſſo, quod
ſit pars litis, tunc nihil contra Leges agi, quorum ſententiam al-
legat Farin. *d. l. n. 35. & 36.* Sed ita Leges iſtæ verbis, non rebus
ſcriptæ, & ideo Farin. *d. l num 37.* recte hanc differentiam dicit
potius eſſe verbalem, quam realem. Et ideo nec admitterem 53
ceſſionem alterius nominis, in caſum victoriæ, ſi in hac lite ob-
tinuerit, per tradita Menochii *d. l. n 7.* Non poſſum præterire 54
illam etiam limitationem, qua dicunt, non habere locum Leges
iſtas in aliis, quam in Procuratoribus & Advocatis. Pone Mer-
catorem ſtipulatum eſſe ab aliquo partem hereditatis, ſi poſſet
efficere, ut hereditas ipſi reſtituatur ab inteſtato ei debita: Mer-
cator conquirit probationes, quibus demonſtrat, eum, cum
quo pactus eſt, proximum eſſe heredem Rem defert ad judi-
cem, & tandem efficit, ut alter, qui in poſſeſſione hereditatis
fuerat, non expectata ſententia, cedat. Ille mercator urge-

I bat

bat hanc limitationem, quam Farin. *ex aliis d. qu. 106. n. 56.* pro-
ponit, & urgebat, ſe non eſſe procuratorem, vel Advocatum,
ſed reſpondebatur, Procuratorem tamen eum vel Sollicitato-
rem fuiſſe in ea cauſa, & licet pœna *in d. l. 5. C. de poſtulando.*
ſancita, ſcil. ſuſpenſio ab Advocatura vel procurandi munere
in perſona ejus locum non habeat, ipſa tamen pactio, ceſſio &
55 promiſſio invalida. Et ideo recte Menoch. *d. l. n 3.* dictas Le-
ges locum habere in alio, quam procuratore, Advocato & ſolli-
citatore, exiſtimat, quia forte opem litigatori ferre poterit, ad
56 victoriam obtinendam, licet diſſent Farin. *d. l.* Sed quid ſi ante
litem conteſtatam quis vellet Advocato cedere litem? Reſp.
quoniam ante litem motam non minus militant rationes alle-
gatæ, id etiam negandum. Sane ſi lis ſopita per ſententiam, Ad-
vocato pro opera antea præſtita, præteritæ litis quotam cedi
poſſe, non dubito cum *Gl. d. l.* quia tunc rationes illæ non mili-
* tant. [Huc legi meretur Diſſertatio Lauterb. *de Palmario Advo-
catorum vol. 1*]
57 (4.) Excipiuntur Judæi, cedere volentes ſuas actiones &
nomina Chriſtiano, per *Rec. Imp. Aug. de Anno 1551 §.* Dieſem
* zu begegnen. *p. mihi 388.* [Idem repetitum in Ordin. Imp. po-
litica *de anno 1577. tit. 20. §.* Es ſoll auch kein Chriſt] ratio eſt, quia
contractus Judæorum ſunt ſuſpecti de uſuraria pravitate. De-
naiſius *in Jure Camerali, in voce Judas. n. 4. & 5.* & qui conſcribit
talem ceſſionem, honoribus privatur, & Judæus actionem amit-
* tit, Denaiſius *d. l.* [Sive cauſa lucrativa, ſeu onoroſa ſit, Lenz. *c. 6.*
58 *memb. 12. n. 2.*] Sed excipit Ben. Carpz. *in ſua Juriſpr. P. 2. C. 30 d.
45. & lib. 5. reſp. 38.* eas obligationes, quæ rite coram Magiſtra-
tu contractæ ſunt, ut Judæus etiam ita contrahere cum Chri-
ſtiano tenetur, Denaiſ. *d. l* & quæ de uſuraria pravitate non
ſunt ſuſpectæ. Nam talia nomina cedi poſſe a Judæo Chriſtia-
nis, non eſt dubitandum, ne omnino commercium inter Chri-
* ſtianos & Judæos tollatur. [Diſſentit Lauterb. & aſſerit, Con-
ſtitutiones Imperii neutiquam eſſe reſtringendas, ſed genera-
liter intelligendas, *diſſ. de Proc. in rem ſuam. th. 20.* Idem exiſti-
mat Lenz. *c. 6. memb. 12.* Sane uſu Saxonico ceſſio judicialis o-
mnem fraudis & uſurariæ pravitatis ſuſpicionem excludit, ut o-
ſten-

ſtendunt præjudicia ap. Carpz. *cit. l.* & Richter. *P. 1. dec. 36. n. 11. ſeqq.* repetita a Philipp. *ad Dec. El. 28. Obſ. 6. n. 33. ſeqq.* Unde valida ita erit ceſſio, nec vitium incurret. Diſſ. Lenz. *c. 26. memb. 4. n. 43. 44. ſeq.* ſed repugnante uſu. Atque hæc ita obtinebunt, ſi Judæus cedere velit Chriſtiano actionem contra Chriſtianum. Eadem tamen ratio erit, ubi aut cedens, aut ceſſionarius eſt Chriſtianus, debitor vero ceſſus Judæus; cum perinde ut alia negotia inter Chriſtianos & Judæos judicialiter celebrari convenit, ita hæc quoque ceſſio eodem modo peragenda ſit, per *cit. R. l.* alioqui nullibi prohibita, Lenz. *c. 26. m. 1. num. 4. & memb. 4. n. 48 ſeq.* Certe in mercatoribus Judæis Jure Sax. eadem prorſus, quæ Jure communi, obtinent: nam etſi Edict. Elect. de ceſſionibus ſæpe allegatum, mercatores excipiat, invicem cedentes ſibi actiones & nomina, atque idem Edictum non diſtinguat inter mercatores Chriſtianos & Judæos; tamen cum Lex Imperii expreſſe non reperiatur mutata, adhuc dum obtinebit ejus ſanctio, Lenz. *c. 26. memb. 4. n. 48. 49.* Si autem Judæus actionem contra Chriſtianum ſibi competentem, in æque Judæum transferre cupiat; id non tantum prohibitum non reperitur, Lenz. *c. 6. memb. 12. n. 10. 11. 12.* ſed adeo eſt licitum, ut nec Jure communi opus ſit auctoritate Magiſtratus, Lenz. *c. 26. memb. 1. n. 8. 9. 10.* Jure Saxon. El. vero requiritur illa ex regulis ſup. capiti adjectis, unde ſi Judæus mercator, actionem, æque Judæo mercatori, cederet, ceſſio ſine judiciali inſinuatione ſubſiſtet. Lenz. *d. c. 26. m. 4. n. 39 ſeq.*]

(5.) Non poteſt cedi actio patri-familias contra filiumfam. 59
aut huic, contra illum, *in L. Lis nulla. 4. de judic.* [ratio ſita eſt in *
unitate ficta, quæ intercedit inter patrem & filium. Lis enim nulla nobis eſſe poteſt cum eo, quem in poteſtate habemus, niſi ex caſtrenſi peculio. *d. L. Lis nulla. 4. ff. de judiciis.* Et non magis cum his, quos in poteſtate habemus, quam nobiſcum agere poſſumus. *L. Ne cum. 16. ff. de furtis. L. Actiones 7. de O. & A.* Lenz. *c. 8. memb. 3. n. 7. 8. 9.*] Excipiuntur tamen caſtrenſia & quaſi caſtrenſia, in quibus filiusfamil. habetur loco patrisfam. & ſic filiofamilias militi ob militiam vel ſtudia cedi actio contra patrem poteſt. *L. 4. ff. de judic.* Sed quid de adventitiis? Et hæc cedi poſſe, putat poſt

I 2 *Bart.*

Bart. Caſtr. Joh. a Sande *d. c. 4. n. 27.* [In caſibus, quibus poteſt acquiri filio, ita, ut patri non quæratur uſusfructus, filio contra patrem actiones cedi poſſe, dicit Bart. ex eoque Lenz. *c. 8. memb. 3. n. 5.* Et ſane quibus caſibus agere invicem poſſunt pater & filius, iisdem etiam fere ceſſio valida erit. Sed nec pater ſemper poteſt cedere filio in ſacris familiæ conſtituto, & vice verſa, qua de re agit Lenz *c. 8. memb. 3. n. 3. ſeq.* Et conjugi quoque ex cauſa lucrativa cedi nequit actio, ob donationes inter virum & uxorem reprobatas, *l. 7. ff. de don. int. virum & ux.* quæ tamen res limitatur iisdem modis, quibus ipſa prohibitio donationis inter virum & uxorem, tum & quid ex parte uxoris requiratur, ut cedere poſſit, ex not. *ſupr. ad n. 1. cap. 2.* conſtabit, & repetendum eſt.]

CAPUT III.

De Perſonis, quæ ad ceſſionem faciendam compelli poſſunt.

SUMMARIA

CAP. III.

Qui ad rem reſtituendam tenetur, actiones etiam ratione illius res adquiſitas, cedere tenetur. n. 1.

Fiduciarius heres actiones adquiſitas ex re hereditaria cedere debet. n. 2.

Idem in poſſeſſore hereditatis, petitione hereditatis convicto. n. 3.

A quo petita bonorum poſſeſſio contra tabb. actiones etiam quaſitas cedere tenetur. n. 4.

Idem in venditore hereditatis, etiam fiſco. n. 5.

Idem in omni venditore rei ſingularis. n. 6. & 7.

Venditor, qui locavit fundum, actionem ad penſionem cedere non tenetur. n. 8. & ſeqq.

A quo res vindicatur, tenetur cedere actionem Legis Aquiliæ, & ſim. n. 12.

Quod idem in herede, a quo res legata petitur, ſed a tertio deteriorata. n. 13. vel occiſa n. 14.

Creditor tenetur reſtituere actiones, pignoris nomine adquiſitas. n. 15.

Cre-

Creditor pignus vendens, cedere tenetur actionem emptori, quam contra principalem debitorem habet. n. 16.

Qui ob alienam culpam convenitur, poteſt ab actore petere, ut ſibi actio cedatur. n. 17.

Sic fidejuſſor poteſt opponere exceptionem cedendarum actionum. n. 18.

Quæ ceſſio contra confidejuſſores neceſſaria, contra debitorem utilis. n. 19.

Ceſſio hæc peti nequit, niſi omne debitum ſolutum. n. 20. & ſeq.

L. un. C. Etiam ob chirograph. debitum &c. hic locum non habet. n. 22.

Sed ſi pro alio debito res obligata, utrumque ſolvendum. n. 22.

An etiam ſolutione facta, ceſſio peti poteſt? Reſp. n. 23. & ſeqq.

An beneficio cedendarum actionum renunciari poſſit? Reſp. n. 28.

Fidejuſſor, cui ceſſa actio, ſolidum non conſequitur. n. 29.

An portionem reliquorum confidejuſſorum, fidejuſſor agens, ab uno confidejuſſore conſequatur? Reſp. n. 30. & ſeqq.

Fidejuſſor negans, hoc beneficio non fruitur. n. 35. & ſeq.

Nec is, qui facto ſuo amiſit actionem, quam habebat contra debitorem principalem, poteſt agere contra fidejuſſorem cum effectu. n. 37. & ſeqq.

Si fidejuſſor ſponte ſolvit, non poteſt ſolidum ab uno confidejuſſore exigere, niſi beneficio diviſionis renunciatum. n. 40.

Poteſt etiam peti ceſſio condictionis indebiti. n. 41.

Si ſecundus fidejuſſor conveniatur, poteſt petere ceſſionem. n. 42.

Correus debendi habet beneficium cedendæ actionis. n. 43.

Habet tamen actionem etiam ſine ceſſione. n. 44. & ſeqq.

Quando correus non habet regreſſum. n. 47. & ſeq.

Cui bono ſit ceſſio facienda correo? Reſp. n. 49.

Tutor etiam habet beneficium cedendarum actionum. n. 50. & ſeqq. & n. 55. & ſeq.

An etiam ſine ceſſione conſuletur tutori? n. 53 & ſeq.

Fullo habet etiam beneficium cedendæ actionis. n. 57.

An etiam actionem furti habet? Reſp. n. 58.

Reus, a quo rei amiſſæ vindicatæ æſtimatio ſoluta, poteſt petere ceſſionem. n. 59.

An & is petere poteſt ceſſionem, qui dolo deſiit poſſidere? Reſp. n. 60.

Qui actionem aliquam nactus eſt, negotio alieno a ſe geſto, cedere eam debet principali. n. 61.

An principalis ſine ceſſione habet actionem utilem? Reſp. n. 62. & ſeq.

Negotiorum geſtor tenetur etiam cedere n. 69.

Idem in Magiſtro navis n. 70.

Minor actionem cedere tenetur alii. n. 71.

Ob communionem bonorum inter ſocios, quis alteri cedere tenetur actionem n. 72. & ſeq.

Qui habet jus offerendi, poteſt petere ceſſionem n. 73.

Ubi id exemplo poſſeſſoris hypothecæ declaratur n. 74.

Injuſtus poſſeſſor non poteſt juſte petere ceſſionem n. 76. & ſeq.

An tertius poſſeſſor rei dotalis aſtimata poſſit a vidua petere ceſſionem? Reſp. n. 78.

An poſſeſſor hypothecæ teneatur ſolvere, licet actor ei non poſſit cedere actionem? Reſp. n. 79.

Secundus creditor poteſt petere, ut primus ſibi cedat jus. n. 80.

Redemptor non tenetur cedere n. 81.

Quod limitatur n. 82. & ſeq.

Si res inſolutum data creditori, hic poteſt compelli ad ceſſionem faciendam. n. 86.

Invito non ceduntur actiones n. 87.

Cujus exceptiones traduntur n. 88. & ſeqq. [*Quando abſenti rem*]

* Quemadmodum, licet regulariter nemo invitus vendere cogatur, *L. Invitum. 12. C. de contr. emt. L. Nequeemti. 16 ff. de jure deliber.* aliqui tamen caſus ſunt, quibus compellimur ſpeciali ratione vendere, de quibus Dd. *ad § 2. I. de his, qui ſui vel al. juris ſunt.* Ita ſimiliter, licet ceſſio actionum ſit quædam quaſi venditio, ut ſic nemo invitus jus ſuum cedere cogatur, Surdus *conſ 536 num. 1.* ſunt tamen aliqui caſus, ſunt perſonæ, quibus cedere incumbit, inprimis ſi præcedentis cauſæ & negotii aut contractus id exigat natura Alf de Olea *de Ceſſ. Jur. & Act. tit. 5. qu. 1. num. 1. 2.* Lenz *de ceſſ. act cap 7. pr.*] Has perſonas ſequentibus regulis complectemur
1 (1.) Eſto: *Qui ad reſtituendam rem aliquam tenetur, ita, ut nulla utilitas apud eum remanere debeat, ille tenetur etiam actiones ratione illius rei (ſive univerſalis illa ſit, ſive ſingularis) adquiſitas cedere alteri.* Ratio eſt, quia actiones ſunt quaſi acceſſiones rerum aliarum, & cenſentur in bonis eſſe. Ergo qui omnem utilitatem cum re debet reſtituere, actionem etiam ejus rei nomine adquiſitam cedere tenetur. Quod ſequentibus exemplis
2 declaro. (1) Heredis fiduciarii, qui tenetur reſtituere hereditatem fideicommiſſario. Nam ſi heres pecuniam hereditari-

am crediderit, & in eam cauſam pignora accepit, fideicommiſſarius non habet actionem, licet ei tota hereditas ſit reſtituta, ſed quia præter Trebellianicam omne commodum & incommodum in fideicommiſſarium tranſit, ideoque poteſt hic agere contra heredem fiduciarium, ut actionem perſonalem vel hypothecariam cedat fideicommiſſario. *L. Si heres. 73. ff. ad SCt. Treb.*

(2.) Poſſeſſoris hereditatis alienæ, qui vero heredi non 3
tantum hereditaria corpora, ſed nomina etiam, quæ interea occaſione hereditatis acquiſivit, cedere tenetur, ut nullum lucrum apud eum permaneat. *L. 20 §. 17 L. 40. §. 2. ff. de petit. hered.*

(3.) Sic ille, qui petita bonorum poſſeſſione contra tabu- 4
las reſtituere coactus eſt hereditatem, etiam actiones occaſione hereditatis acquiſitas cedere & transferre tenetur. *L. 13 pr. ff. de bon. poſſ. contra tabb.* ubi ratio, *quia omne jus transferri æquum eſt.*

(4.) Is, qui hereditatem vendidit, debet etiam rei vindi- 5
cationem una cum hereditate emptori præſtare. *L. 2. §. 3. ff. de hered. vend.* Sic etiam ſi ex cauſa hereditaria obligationes conſtituit, i. e. alium ſibi obligavit heres, v. g. ſi fidejuſſorem recepit a debitore hereditario, hanc actionem debet cedere emptori hereditatis, *d. l. 2. §. 1.* quod idem in fiſco verum, vendente hereditatem caducam. *L. 54 ff. de petit. hered.*

(5.) Idem eſt in quovis venditore. Nam cum venditori 6
neceſſitas incumbat rem venditam tradendi emptori, *l. 11. §. 2. & l. 26. ff. de act. empti. §. 2. I. de donat.* & quidem cum omni cauſa, i. e. cum omni utilitate, *l. 67. ff. de contr. empt.* ideo etiam actionem ratione rei venditæ acquiſitam cedere venditor tenetur, v. g. ſi ſine culpa venditoris res amiſſa, vel furto ſurrepta, vel per vim erepta, liberatur quidem venditor. *l. 1. ff. & Cod. de peric. & commodo rei venditæ.* ſed venditor rei vindicationem, quam habet, ut dominus, & condictionem furtivam, & actionem furti, vel actionem vi bonorum raptorum, quæ etiam domino tantum debetur, *l. 1. ff. de condict. furt.* debet emptori præſtare ſeu cedere, per *§. Cum autem. 3. in fin. Inſt. de empt. L. Quod ſæpe 35. §. 4. ff. de contrah. emt. L. 14. pr. & L. 80. pr. ff. de furtis. L. 31. ff. de act.*

act. emti. Sic etiam ſi citra culpam venditoris res vendita ab
alio corrupta vel deteriorata, venditori, quia dominus eſt, *l. 11.*
§. 6. ff. ad L. Aquil. competit actio L. Aquil. vel damni infecti,
vel aquæ pluviæ arcendæ. Ergo hanc cedere debet emptori.
8 *d. §. 3. Inſt. de emt. in fine l. 13. §. 12 ff de act. empti.* Sed quid
de penſionibus ex ipſa re vendita poſt venditionem cedentibus
ex locatione ante venditionem celebrata? An & actionem ad
eas penſiones venditor, qui locavit, cedere emtori tenetur. Id
aff. *in L. Julianus. 13. §. 13. ff. de act. empti.* ſed videtur obſtare
d. l. 13. §. 11. ubi illæ penſiones ad venditorem dicuntur ſpectare.
Sed id Gl. *ibidem* & præſertim Covarruvias *lib. 1. reſol. 15 n. 3 &*
ſeqq. & Joh. a Sande *cap. 6. n. 8.* qui plures citat, ita intelligunt,
ut hæ penſiones cedant venditori quidem, ſed ad hunc effe-
ctum, ut eas emptori reſtituat, vel actiones, pro his ſibi compe-
tentes, emptori cedat, ad eas quidem penſiones, quæ reſpici-
unt tempus elapſum a die perfectæ venditionis, & ſic pro rata
temporis annalis vel fructuum. V. g. locavi Titio ædes die 1. Ja-
nuarii hujus anni, easdem vendo Cajo die Johannis, hic actionem
ad penſionis partem dimidiam Cajo debeo cedere. Sic ſi vinea
prius locata, poſtea Paulo ante vindemiam a me vendita, tene-
or emptori præſtare actionem ad integram penſionem, quia ex
hoc ſundo certo anni tempore tantum percipiuntur fructus.
Pluribus exemplis hoc declarat Covar. *d. l. num. 4. & ſeq* Sed
9 ut verum fatear, mihi iſta ſententia diſplicet Primo, quia *JCtus*
in d. l. 13. §. 11. ſecundum eam Gloſſæ ſententiam reſpondiſſet
de caſu indubitabili. Nam notiſſimum alias eſt, emptorem
non habere actionem contra colonum ex locatione a vendito-
re facta. Deinde abſurda iſta eſſet exceptio, niſi aliud conve-
nerit, cujus ita hic foret ſenſus, venditor habet actionem ſolus
contra conductorem ſuum, non vero emptor, niſi aliud conve-
nerit, ut ſcilicet emptor habeEet actionem contra colonum.
Poteſtne venditor & emptor ſua conventione efficere, ut colo-
nus reſpondere teneatur emptori? Id nemo dixerit. Tertio
in §. 10. dicta L. Julianus agitur de fundo fructibus jam maturis
vendito. Ergo *§. ſequens* de caſu diverſo intelligendus eſt.
Et quidem ſi *§. 11.* agat de fundo, fructibus nondum ſeparatis,
vendi-

vendito, tunc omnino debebantur fructus emptori, quia emptor non tenetur ſtare locationi *L. 9 C. de Locato.* Ergo de eo caſu, quo fundus cum fructibus venditur, *d. §. 11.* non poteſt intelligi, quia eo caſu fructus deberentur emptori, nec etiam venditor penſionem poſſet petere a conductore ſuo, quia amiſſis fructibus conductor non teneretur ad penſionem ſolvendam. Ergo neceſſario *d. §. 1.* intelligendus eſt de eo caſu, quando fructibus jam a conductore demeſſis, ſed ubi dies penſionis ſolvendæ nondum ceſſit, fundus venditus quis hoc caſu emptori penſionem tribueret? Nec obſtat *l. ult. ff. de jure fiſci.* 10
quia ille textus de fiſco vendente agit, fiſco autem vendente, hoc tacite actum videtur, ut emptor ſtare teneatur locationi. Ne- 11
que obſtat § *Si quod ex operis 13 d. l. Jul.* nam ille §. neceſſario intelligendus de eo caſu, ſi pro tempore poſt emptionem lapſo penſio debeatur, v. gr. ſi vendita vinea menſe locata Novembri, penſio in Februario debita, locatori cedit. Si vendita domus menſe Januario, penſio pro præterito tempore debetur venditori. Aliud ſi pars conductionis in tempus illud incurrat, quo emptor rem poſſedit. Et ita ſentit Cujac. *lib. 25. obſ. c. 31* Ant. Faber *lib. 1 conject. c. 15* & noviſſime hanc pluribus tuetur Dn. Franzkius *ad tit. ff. de Act. empt. n. 241 & mul. ſeqq.* qui in ſuam etiam ſententiam allegat Bart. & Caſtaliom. Maneat ergo, venditorem penſiones non teneri cedere emptori, niſi locatio pro parte in tempus, quo emptor poſſedit, incidat.

(6.) Sic etiam, qui convenitur rei vindicatione, ſi victus 12
erit, tenebitur actionem cedere, ſi v. g. actionem Legis Aquiliæ ſervo vulnerato adquiſivit. Idem, ſi dolo malo deſiit poſſidere, & alius hominem occiderit, tenetur reus, volente actore, actiones ſuas præſtare, juxta *l. 17. §. 1 verſ. usque adeo autem. ff. de Rei vind.* ubi ratio *in verſ. præced.*

(7.) Sic etiam heres, qui rem aliquam legatam legatario 13
ſolvere juſſus eſt, ſi res illa ante aditam hereditatem deteriorata vel vulnerata ſit, actio L. Aquiliæ non competit legatario, nam ante agnitionem legati, legatarius vero & cum effectu dominus non eſt: agnoſci autem non poteſt, niſi adita here-

K ditate,

ditione, *L. 44. §. 1. L. 86. §. 2. de leg. 1. L. Omnia 32. de leg. 2.* & ſi conditio anni xi aut dies, his exiſtentibus, *l. 45. §. 1. de leg. 2.* Ergo quando equus v. gr. legatus, ante aditam hereditatem, vulneratus eſt, actio Legis Aquiliæ datur heredi, ſed poſtea una cum
14 equo etiam cedenda, per *l. 15. ff. ad L. Aquil.* Sed pone, equum legatum, ante aditam hereditatem fuiſſe occiſum citra culpam heredis, hic interitus equi heredem debitorem liberat, *L. 26. § 1. L. 53. §. 3. de leg. 1.* per regulam, quod ſpeciei interitus debitorem liberet *L. 33. L. 37. L. 83. § 7. ff. de V. O.* &c. Sed hoc caſu, nonne æquum eſt, ut etiam heres cedat actionem L. Aquiliæ, contra occiſorem? Neg. *d. L. 15. ff. ad L. Aquil.* quia ſublato principali legato, nec debetur acceſſorium, *§. Si quis ancillas. 17. Inſt. de Leg.* Sed hereditate adita & legato agnito, tunc legatario occiditur equus vel vulneratur, ut domino, & ſic legatarius tantum habet actionem *L. 13. § ult. ff. ad L. Aquil.* Sic etiam ſi heres dicat, expilatam eſſe ab alio hereditatem, & ſic ſe non poſſe legatum ſolvere, tenetur legatario præſtare actionem expilatæ hereditatis, per tradita Salyc. *ad l. pen. C. de Expilata hered.* *[Olea *t. 5. q. 14. num. 7.* Heres tamen præſtando actionem ita liberabitur, ut nec expenſas & ſumtus litis, in exigendo debitoris nomine, præſtare teneatur Olea *d. l. num. 8.*]

15 (8) Creditor ſoluto debito, non tantum reſtituere pignus, ſed etiam actiones præſtare tenetur, quas ex pignore acquiſivit, v. g. ſi venderet pignus Titio creditor, hoc pacto, ut ſi, ſolverit, debitori liceret recipere rem ſuam, ex hoc pacto debitor agere non poteſt, ſed poteſt cogere creditorem, ut ſibi cedat actionem ex vendito, per *L. 13. ff. de pign. act.* quia ſoluto debito, omnis utilitas pignoris ad debitorem pertinet *L. Creditor 3. C. de pign. act. L. ult. C. de partu pign. L. 11. C. de uſuris.* Verum per *d. L. Si eum venderet 13.* ipſe debitor ex hoc pacto, etiam ſine ceſſione habet rei vindicationem vel actionem in factum, cujus rei rationes licet plurimas conquirant, optima tamen eſt, quod pactum ibi *in d. l. 13.* ita ſit conceptum, ut ſonet reſolutionem contractus; nam quando in reſolutionem contractus pactum concipitur, ipſo jure dominium redit ad dominum. Tiraquell *de Retr. Convent. § 1. gl. 7. num. 14.* Klock.
vol.

Google

vol. 2. conſ. 42. num. 302. & ſeqq. [Lenz. *de ceſſ. act. c. 7. memb. 10. n. 1. 2.*]

(9.) Sic creditor, qui pignus ſibi datum, jure pignoris ven- 16
dit, licet de evictione non teneatur, *l. 1. Cod. creditorem evict. pignoris non debere.* tenetur tamen emtori cedere actionem, quam habet contra debitorem principalem, *l. 38. ff. de evict.* hoc enim ſine diſpendio ſuo facere poteſt, & præterea omne ſuum jus debet transferre in emptorem. [Lenz. *de ceſſ. jur. c. 7. m. 10. num. 3.* Olea *de ceſſ. jur. t. 5. q. 13. num. 14. & ſeq. prolixe.*] Sed ſi creditor ſe obligaſſet ad præſtandam evictionem, etiamſi pretium acceperit, & rem tradiderit, non eſt tamen liberatus debitor, ſed liberatio manet in ſuſpenſo, donec evincatur. Et ſi jam evincatur, tenetur venditor emptori ad reſtituendum pretium, nec liberatur ceſſione juris ſui, ſed venditor priſtina actione aget contra debitorem, quia irrevocabiliter non accepit debitum. Ita per *L. Si pignore. 22. §. fin. ff. de pign. act. L. Reſcriptum. 12. §. 1. ff. de Diſtr. pign.* Neguz. *de pign. membr. 1. part. 6. num. 43.* Dn. Franzkius *ad Dig. tit. de Evict. num. 208. & ſeqq.*

(2.) Secunda Regula hæc ſit: *qui ob alienam culpam vel rem* 17
amiſſam, & a tertio poſſeſſam condemnantur, juſtam ob cauſam hi poſſunt petere, ut actor ſibi actionem cedat, quam habet contra principalem, cujus nomine condemnantur. Probatur hæc re- 18
gula exemplo (1.) Fidejuſſoris, qui, ſi a creditore conveniatur, poteſt opponere exceptionem cedendarum actionum, ut ſc. creditor cedat actiones, quas habet contra confidejuſſores, *l. 17. l. 36. ff. de fidejuſſ. l. 11. C. eodem.* vel contra principalem debitorem. *L. 28. ff. mand. L. 2. C. de fidejuſſ.* [Lenz. *cap. 7. memb. 1. numer. 1. 2. ſeq.*] Quæ exceptio competit quoque, etiamſi fidejuſſor ultro obtulerit debitum. Quod ſi creditor fidejuſſori, ad ſolvendum parato, actionibus cedere nolit, conveniri in id, quod intereſt, poterit, vel ſolutio recte differri, neque cenſebitur ita fidejuſſor in mora eſſe, & prona conſequentia non tenebitur ad uſuras, quæ ſingula corroborat Lenz. *d. l. num. 4. ſeq.* Ulterius etiam inſtrumento guarentigiato, & poſt ſententiam, ut parata executio differatur, poterit objici, *l. 41. §. 1. ff. de fidejuſſ.* Lenz. *d. l. n. 7. 8.* Olea *de ceſſ. jur. & act. t. 5. q. 3. num. 33. 34.* etiamſi aliis

beneficiis, excuſſionis & diviſionis fuerit renunciatum, Lenz. *d. l. num 10. 11. 12.* cum nec excluſum cenſeatur, etiamſi Lex vel ſtatutum omnem exceptionem vel defenſionem tolleret, Dd. apud Oleam *d. l. num. 32.* item ſive ſolvendo ſint ii, contra quos fit ceſſio, ſive non, nam ad meliorem aliquando fortunam pertinebit. Lenz. *num. 13.* Fundamentum hujus rei in æquitate ſumma ſitum eſt, ne qui mutuo ſe obligarunt, meliori ſint conditione, & quia hæ actiones plane nihil amplius utilitatis præſtant creditori, & inique adeo denegarentur. Proinde hoc beneficium perperam eludere ac reddere nullum nititur Anton. Faber, ac ſi, creditore aut nolente, aut non valente cedere, non competat, refutatus abunde Lenzio *d. c. 7. m. 1. num 14. 15. ſeq.* Fieri autem debet hæc ceſſio contra debitorem in ſolidum, contra confidejuſſores autem, detracta rata ipſius fi-
19 dejuſſoris. Lenz *d. l. num. 51. 52* Vid. inf *num. 29.*] Et hæc ceſſio fidejuſſori neceſſaria eſt contra confidejuſſores, alias nullam habet contra eos actionem fidejuſſor, *l. 11. C. de fidejuſſ.* [Cum nullum inter plures fidejuſſores conſentientes geſtum fuerit negotium, *L. Cum is, qui. 36. ff. de fidejuſſ. L. Ut fidejuſſor 39. ff. eod.* Hering. *de fidejuſſ. cap. 27. part 3. num. 10. ſeqq.* Hartm. Piſtor. *P. 1. q. 48.* Heig. *P. 1. q. 38. num 3.* Carpzov *P. 2. c. 17. d. 15.* Unde nec fidejuſſoris ceſſionario jus quoddam agendi eſt contra confidejuſſores, ſi fidejuſſori cedenti, a creditore ſolutionis tempore actio non fuerit ceſſa, nam ceſſionarii jus omne a prima ceſſione derivatur, ut dictum *ad cap. 1. n. 10. ex* Mev. *P. 8. dec. 81.* quomodo & in Supremo El. Sax. Tribunali pronunciatum refert Lenz. *cap 7. memb 1. num. 34.* qui *in ſeqq.* ſatisfacit argumentis contrariis Add. idem *num. 28. ſeqq.* Sed hæc omnia de jure ſtricto fatetur Olea *de ceſſ. jur. & act. t. 5. qu 4. num. 38.* æquius tamen credit, ut fidejuſſori, qui ceſſionem non obtinuit, aliqno remedio ſuccurratur, ne totius fidejuſſionis damnum ſentiat, cum ſolidum ſolvens, alterius confidejuſſoris negotium geſſerit, quod aſſerit etiam Heringius, ſibi contrarius *cap. 25. num. 137. 139. ſeq.* Sequitur Heringium plur. Mevius *P. 6. dec. 387. per tot.* & fidejuſſori ſolventi contra confidejuſſorem, etiam ſine ceſſione, ad partem virilem, non quidem

dem ſtricto jure, ſed ex æquitate, actionem concedit Vid. ta-
men *P. 2. dec. 218 num. 1.* Longe interim utilius eſſe, ceſſionem
a creditore habere, fatetur Olea *l. c. num. 41*] Sed contra debito-
rem non eſt quidem neceſſaria, ſed utilis. Ratio eſt, quia alſi-
as contra eum habet actionem mandati, [ſi ſcil. ſe obligarit *
ejus mandato, *l. 4. pr. ff. de fidej. l. 10. §. 11 mand.* expreſſo vel
tacito, *l. 6. §. 2. l. 18. ff. mand.* Mev. *P. 2. dec. 307* quod ſi man-
dati actio competere nequit, velut ſi quis ſine mandato fide-
juſſerit pro abſente amico, actionem negotiorum geſtorum ha-
bebit. *L. 20. §. 1. ff. mandat.* Lenz. *c. 7. memb. 1. n. 49.* Diſſentit qui-
dem Berlichius *P. 2. concl. 22. num. 63.* ubi ſine ceſſione, nullam
prorſus, etiam contra debitorem, actionem competere conten-
dit, ſed cum ſolida nulla ratione nititur, tum refutatur abunde
a Lenz. *d. l num. 40. ſeqq.* Id quidem per ſe conſtat, eum, qui
pro vetante debitore & contradicente fidejubet aut ſolvit,
actionem nullam habere, quod videatur donare, *l. 40. ff. mand.
arg. l. f. C. de neg. geſt.* Mev. *P. 2. dec. 288.*] ſed actio contra prin-
cipalem debitorem poteſt eſſe opimior, v. g. ſi habeat hypo-
thecam. Sed hæc ceſſio actionis perſonalis & realis, locum 20
habet, ſi omne debitum ſolvit, pro quo pignora obligata, licet
pro eo non fidejuſſerit. Nam alias non cogetur creditor trans-
ferre jus pignoris, *l. 2. C. de fidejuſſ.* Ex qua probatur a con- 21
trario ſenſu, fidejuſſorem non teneri offerre chirographarium
debitum, & nihilominus creditorem teneri, cedere jus ſuum;
nam licet creditor, ſoluto debito hypothecario, poſſit retinere
pignus, pro debito chirographario, per *l. un. C. Etiam ob chiro-
grapharium debitum pignus* &c. hoc tamen locum habet tan-
tum contra debitorem, quia hoc caſu tantum militat ratio Le-
gis dictæ, quia dolo faceret, ſi nollet ſolvere chirographarium
debitum debitor, ſed hæc ratio ceſſat in fidejuſſore. Cynus *ad
d. l. 2. num. 3.* Neguſ. *d. l. num. 34.* [Lenz. *cap. 7. memb. 1. num.* *
110. 111. ſeq.] Sed poteſt compelli fidejuſſor, ut ſolvat aliud hy- 22
pothecarium pignus, ſi eadem res pro alio debito, pro quo fi-
dejuſſor non ſpopondit, ſit obligata, nam tunc etiam illud de-
bitum tenetur ſolvere, Neguſ. *d. l. num. 32* [Lenz. *c. 7. memb. 1.* *
num. 103.] licet aliud ſit, ſi poſtquam fidejuſſor ſe obligavit, res

pro alio debito obligata, nam tunc jus fidejuſſori ſemel adqui-
ſitum, tolli non poteſt, Neguſ. *d. l. num. 34.* [Diſſ. Lenz. *cap. 7.*
* *memb. 1. n. 106. ſeq.* & indiſtincte compellendum non eſſe,
ut pignora transferat, creditorem, niſi omne debitum, cujus
23 intuitu hypotheca conſtituta, ſolvatur] Sed quo tempore,
an etiam facta ſolutione, ceſſionem actionum petere a credito-
re fidejuſſor poſſet? Videtur quod non, ob *L. Modeſtinus 76. ff. de*
ſolut. quia per ſolutionem, ſublata actione, nihil amplius cedi
poteſt. Sed aff. *L. Cum is. 36. ff. de fidejuſſ.* ubi allegatur illa ra-
tio dubitandi ex *d. l. 76.* & reſpondetur ad eam negando, quia
creditor ſolutionem a fidejuſſore accipiens, non revera quoad
alios confidejuſſores, datam pecuniam in ſolutum accepit, ſed
quodammodo cæterorum nomina vendidit, ideoque facta ſolu-
tione, etiam tenetur ad ceſſionem faciendam & tradendum
inſtrumentorum obligationis. Ad *d. l. 76.* reſp. quod ea pro-
cedat in actione tutelæ vel de jure ſtricto. Sed hæc ſenten-
tia, quam ita multis proponit Hering. *de fidejuſſoribus, cap. 28.*
24 *num. 38.* qui plures allegat, ab aliis non male refutatur, ut a
Bach. in Treutl. *v. 2. d. 28. th. 6. lit. B.* & Berl. *p. 2. concl. 22. num.*
* *77.* [Prolixe quoque Olea *t. 5. qu. 4. num. 2. ſeqq.* qui nec fi-
ſcum excipiendum ſcribit, nullo ſpeciali privilegio munitum,
num. 34. ſeq.] Nam manet ille ſcrupulus, quod ſolutione facta,
nihil ſit, quod cedi poſſit. Ideoque procul dubio juri confor-
mior eſt ſententia, quod oporteat ceſſionem fieri in continen-
ti, ſub ipſo actu ſolutionis, & dum ſolveretur, hoc expreſſe
actum, ut cederet, & ſic intelligo verba. *accepta pecunia præſtare*
actiones &c. *in d. l. 36.* quo collimare etiam videtur ratio *in d. l.*
25 *36. quia venditum nomen videtur.* Et idem eſt, ſi ſolutio facta
ſit ſub modo & conditione, *ſi cederet*, Conf. Wedd. *de ſtipul. c. 9.*
* *num. 119. & ſeq.* [Olea *t. 5. q. 4. num. 2.*] Et ideo verba in inſtru-
26 mento poſita, ſi dicat creditor, ſe recepiſſe ſolutionem, & jam
cedere, videntur intelligenda, quod in continenti acceperit,
& ceſſerit, licet verba in præteritum ſonent, ut in ſimili tradit
Bart. *in L. Poſt dotem n. 20. ff. ſol. matr.* Menoch. *conſ. 151. n. 3.* Sal-
27 gado de Somoza *in Labyr. p. 1. c. 18. n. 38.* Sed quia tamen ſenten-
tia affirmativa in æquitate fundata, & communior videtur, ideo-
que

que ſecundum eam videntur plerique pronunciare. Sicut & ita 28
pronunciatum refert Carpz *p. 2. c. 17. def 16.* Sed an & quomo-
do renunciari poſſit huic beneficio, quæritur? Et quidem renun-
ciari in ſpecie debere, ſtatuit poſt alios Joh. a Sande *de Ceſſ. c. 6 n.*
38. [Renunciari poſſe huic beneficio, non eſt dubium, quemad-
modum & reliquis, quæ fidejuſſoribus competunt, nempe ex-
cuſſionis & diviſionis, *l. pen C. de pact* Lenz. *c. 7. memb. 1. n. 62.*
63. ſeq. Alf. de Olea *t. 5. q. 3. n. 12* ſed de modo renunciandi non
convenit: generalem renunciationem, ſi enixam renunciandi
voluntatem oſtendat, de Jure communi ſufficere exiſtimant,
Lenz. *c. 7. m. 1. n. 66. ſeq.* tutiorem tamen & humaniorem ſen-
tentiam illam credit, quæ ſpecialem requirit, *n. 90* quam & ſe-
quitur ac probat Olea *t 5 qu 3 n 13* ubi plures allegat, ſic tamen, ut
ſufficere velit æquipollentem, *n 15* In Electoratu Sax. quæſtio
hæc, qua ratione beneficio cedendæ actionis rite valideque re-
nunciari poſſit, ſpeciali Conſtitutione XVII P. 2. deciſa eſt, eum
in modum, ut renunciationes hujus etiam beneficii neque per
verba generaliſſima, neque ſubalterna factæ, validæ ſint, ſed ut præ
eiſe requiratur, ut vel nominatim beneficium hoc exprimatur,
vel minimum quibusdam beneficiis, quæ competunt fidejuſ-
ſoribus, ſpecialiter enumeratis, generalis renunciatio ſubjicia-
tur. Vid. Lenz. *d. l. n 58.*] Sed quoniam creditoris nihil intereſt,
ideo verius eſt, ſolutione facta, licet huic beneficio cedenda-
rum actionum renunciatum ſit, tamen compelli poſſe credi-
torem, ut cedat actionem. Berlich *P. 2 d. concl. 22 num 69.*
& Carpzov *P. 2. c. 17. def 17* Cur enim non æquum videatur,
vel hoc ſaltem conſequi fidejuſſorem, quod ſine diſpendio cre-
ditoris futurum eſt. *l. 38 ff. de Evict.* Imo Bach *in Tr. d. rb. 6.*
lit. A. plane nullum effectum eſſe ejus renunciationis ait. Ve-
rum rectius communiter ſtatuitur, hanc renunciationem eo
prodeſſe, ut debitor exceptione hac ſolutionem remorari non
poſſit, licet ſolutione facta, omnino compelli poſſit, ad ceſſio-
nem faciendam, creditor Carpz. *d. d. 17.* Petr Heig *p. 1. qu 38.*
num 30 [Lenz. *c 7 m. 1. num 89.*] Sed anne fidejuſſor ſoli-
dum per actionem ceſſam conſequitur a confidejuſſoribus? Ne- 29
gatur, quia in effectu ſinguli pro parte virili ſunt obligati, *l. 3 C.*
de

de fidejuſſ. & quod pro ſua parte ſe ipſum liberavit, non alium,
ut recte Carpz. *diſt. conſtit.17. def.18.* quod quis enim proprium debitum agnoſcendo ſolvit, illi actio reſpectu ejus debiti
cedenda non eſt. *L. Si plures 38 § ult ff. de admin tut.* Hartm.
* Piſtor *p 1 q. 48 num 7.* [Lenz. *c. 7. m. 1. num. 52 53*] Sed
30 quid ſi fidejuſſor unus ſolverit creditori, & ipſi creditor ceſſerit omne ſuum jus, quod jus ſolidum exequendi fidejuſſor exactus exercet contra unum confidejuſſorem, confidejuſſor vero velit detrahere pro rata portionem alius tertii vel quarti confidejuſſoris, quia ille non eſt ſolvendo, an confidejuſſor ſit audiendus? V. gr. Petrus, Paulus, Johannes & Jacobus fidejuſſerunt Andreæ creditori pro Thoma debitore. Summa erat 4000. flor. creditor exigit integram ſortem cum uſuris a Petro. Petrus agit actione ceſſa contra Paulum. Paulus non tantum vult detrahere Petri portionem, ſc. mille florenos, nam hoc puto in judiciis receptum, ſed etiam quia Jacobus plane non eſt ſolvendo, vult dividere ejus portionem defecturam inter Petrum & ſe & Johannem, & ita tertiam partem vult etiam detrahere creditori. Hoc poſſe fieri, non deſunt Doctores, qui hoc ſtatuant, ſcilicet Matt. Colerus *de Proceſſ. Execut. part. 2. cap. 2. num. 20.* Hartm. Piſt. *p 1 qu. 48 num 11.* Carpz. *p 2. C. 17. def. 20.* Hering. *de fidejuſſ. cap. 27 p 3. num 36.* Francus *de fide-*
* *juſſ. c. 5. num. 497.* [Lenz. *c. 7. m. 1 num 58 ſeq* Olea *de ceſſ.*
31 *jur. t. 5. qu. 6 n. 12. 13.*] Verum ſi hanc opinionem ad amuſſim Juris examinare velimus, multum dubitabilis videtur, præſertim ſi fidejuſſores omnes diviſionis beneficio renunciaſſent, quia enim diviſionem hanc cedenti non potuit opponere Paulus, nec etiam ceſſionario ex perſona cedentis agenti, eam opponere poteſt. Imo licet beneficio diviſionis non eſſet renunciatum, ne tum quidem Paulus, ſi a cedente conveniretur, poſſet excipere de Jacobo, quod ſolvendo non ſit, quia in beneficio diviſionis diſerte excipitur, ſi cæteri ſolvendo ſunt.
32 Ergo jus ſolidum exigendi aut tranſit in ceſſionarium, aut non; ſi illud, habeo quod volo; ſi hoc, ne quidem Johannis portionem tenetur Ceſſionarius ſolvere. Et non obſtant textus a citatis Doctoribus allegati. Nam *L. Verum, 63. §. 5. ff. pro ſocio.*
ubi

ubi dicitur, ſocium exæquationem per actionem pro ſocio
conſequi poſſe, non loquitur de fidejuſſoribus, fidejuſſores
non ſunt ſocii. Socius contra ſocium habet actionem ex per-
ſona ſua, fidejuſſor ex perſona creditoris, cui ſe omnes in ſoli-
dum obligarunt. Nec obſtat *L. Si plures. 38. §. 1. ff. de Admin.* 33
tutorum quia agit de tutore, qui agit contra contutorem ex
perſona ſua, non vero ex perſona cedentis, a quo jus ſolidum
exigendi ceſſum eſt. Nec eſt, quod quiſquam ab exemplo 34
correorum argumentetur, nam præterquam quod hypothe-
ſis iſta valde dubia, de qua alibi, diverſi etiam ſunt termini, nam
correus contra correum habet actionem utilem, non vero fi-
dejuſſor. Correus agit jure ſuo, fidejuſſor jure cedentis, ha-
bentis jus in ſolidum exigendi &c. [De expenſis, quas fecit fide-
juſſor, aut in quas condemnatus fuit, diſputat Olea *t. 5. q. 5. num.
33.* & tandem decidit *num. 41* quod regulariter nequeant repe-
ti a confidejuſſore, partim, quia hic agit ex perſona creditoris,
& quatenus actio ab eodem eſt ceſſa, partim, quia in pœnam
temerariæ litis, expenſæ ex condemnatione præſtantur. Conf.
Carpzov. *P. 2. c. 17 d. 23.* Interim contra debitorem poterit
fidejuſſor mandati hoc nomine experiri, Olea *d l num 43. 44.
ſeq* Carpzov. *d l n. 1.* De expenſis atque damnis, poſt ceſſionem
factis & illatis, etiam contra confidejuſſores experiri licere, cum
Sim. Ulr Piſt. *addit. ad Hart. Piſt. obſ 79* concludit Carpz. *d l n. 6.
& f.*] Fidejuſſor autem negans fidejuſſionem doloſe, hac ex- 35
ceptione uti nequit. *arg. L. Si dubitet. 10. §. Ita demum 1 ff. de fidejuſſ.*
Hippol. de Marſ. *in Rubr de fidej. num 324* & Joh a Sande *d. 1. r. c. 6.
n. 42.* Nam qui negat fundamentum ſui privilegii, etiam privi- 36
legium amittit. Gomeſ. *l. 2. reſol c. 13. num 14. in ſeptima limit.*
Anton. Gabr. *l 5. tit. de adq poſſ. concl. 5. num. 13* Hyppolyt. de
Marſil. *de fidejuſſ. num. 322 & ſeqq.* Georg Enenck. Baro *de
privil. lib 3 cap 17 num 45.* [Vid. plur. Olea *1 5. qu. 3 n. 20. ſeqq.
& n. 31.* Lenz. *c. 7. m. 1. n 93 ſeqq.* ubi multis diſquirit, quatenus
litem negative conteſtatus, pro negante habendus ſit, beneficio-
que indignus.] Sed quid ſi creditor facto ſuo emiſerit actionem, 37
quam habebat contra principalem debitorem, v. g. ſi pactum
perſonale feciſſet cum eo, de debito non ſolvendo. Si con-

L vene-

venerit reum, & culpa ſua cauſam amiſerit, vel ſi fidejuſſo-
rem unum atque alterum liberavit gratis vel parte accepta,
vel creditor liberaſſet pignora vel hypothecas, quarum re-
ſpectu tamen fidejuſſerunt fidejuſſores? Et quidem eo caſu,
cum creditor actionem amiſſam cedere non poſſit contra
creditorem vel confidejuſſorem, nec fidejuſſorem ad ſol-
vendum compelli, ſed hunc ſe exceptione cedendarum actio-
num tueri poſſe, communiter placuit, *arg. l. 95 §. pen ff. de ſo-
lut.* ubi ratio, *cum ipſius vitio acciderit, ne mandatori*, hic fide-
38 juſſori, *poſſit cedere actionibus.* Et iniquum eſt, ut ob factum
creditoris fidejuſſores in damno morentur, & beneficium
facto alieno amittant, *L. Id, quod noſtrum 11. L. Non debet. 74. ff. de
R. J.* ut ex his & ſimilibus rationibus, ſententiam hanc com-
munem recte tuetur Neguſant. *de pign. p. 1. membr. 3. partis
quinta num. 36.* Francus *de fidejuſſ. c. 5. num. 480.* Hering. *de fide-
juſſ. c. 27. p. 3. num. 13.* Joh. a Sande *d. c. 6. num. 43. & ſeqq.* quod
& ita pronunciatum teſtatur A. Faber *lib. 8. Cod. tit. 27. def. 27.*
& conſentit Hartm. Piſt. *p. 1. quaſt. 48. n. 4.* [pluribusque pro-
bat & argumentis etiam contrarius ſatisfacit Olea *c. 5. qu. 2.
num 26. ſeqq.* Lenz. *c. 7. memb. 1. num. 118. ſeq.*] Cujus Exceptio-
39 nes aliquas adducit Neguſ. *d. l.* Quarum prima, ſi ex natura ob-
ligationis non poſſit fieri ceſſio & ſecunda, ſi non facto fide-
juſſoris, ſed debitoris, ut & tertia, ſi etiam facto confidejuſſoris
non poſſit fieri, non continentur ſub regula noſtra. Sed quarta
notabilis eſt, *ſi renunciatum exceptioni cedendarum actionum,*
nam tunc fidejuſſor ad ſolvendum compelli poteſt, licet facto
creditoris (ſi modo non dolo) non poſſit fieri ceſſio, & ſic hic eſt
notabilis effectus renunciationis cedendarum actionum, ut &
quinta, *ſi duo diverſis temporibus fidejuſſerint, & unus non fidejuſſe-
rit contemplatione alterius.* Neguſ. *d. l.* Ex dictis liquet, ſi actio
40 ceſſa fidejuſſori contra confidejuſſores, fidejuſſorem unum,
confidejuſſorem alium in ſolidum convenire non poſſe cum
effectu, qui confidejuſſor habet beneficium diviſionis ſalvum,
niſi ei renunciaverit, quia per ceſſionem creditor non poteſt
plus transferre juris, quam quod ipſe habet. *arg. L. Traditio. 20.
pr. ff. de adquir. poſſ.* Hartm. Piſt. *d. q. 48. num. 15.* Carpzov. *d. C.
17. d. 19.*

Google

17. d. 19. [Fidejuſſor autem ſponte ſolvens, neglecta contra creditorem exceptione, a confidejuſſore juſte poterit exceptione repelli, Mev. *P. 4. dec. 295.* e. c. ſi neglexerit negligentiæ exceptionem, nam ſibi imputare habet, quod defenſionem legitimam omiſerit, & cum nec a debitore, quod omiſſa exceptione ſolvit, repetere poſſit, *l. 29. pr. §. 1. & ſeq. ff. mand.* multo minus a confidejuſſore poterit repetere, cui ſic iniquior ex alterius facto non eſt conditio obtrudenda. Excepto tamen L. Anaſtaſiante neglecta, certa ratione hunc non habet effectum, ut dictum ſupr. *ad cap. 1. ex* Mev. *P. 7. dec. 213.*] Sic ſi fi- 41
dejuſſor ſolvit, & ignorans mox ſolvat debitor principalis, idem, poteſt petere, ut hic ipſi cedat condictionem indebiti, *l. 29. ff. mandati*, Sandius *d. c. 6. num. 26* [Conf. Olea *tit. 5. qu. 14 num 9 & ſeqq.*] Ultimo hic notandum, quod ſicut creditor fidejuſſori 42
tenetur cedere actionem contra debitorem & fidejuſſorem, ita etiam fidejuſſor, ſi ceſſam actionem intendat contra unum confidejuſſorem, ipſe etiam fidejuſſor ceſſam ſibi actionem, dempta ſua parte ulterius confidejuſſori, contra reliquos fidejuſſores cedere tenetur, Hartm. Piſt. *d. quaeſt. 48 num fin* [Abſolvendus itaque erit confidejuſſor conventus, ſi exceptione cedendarum actionum oppoſita, alter ſua culpa cedere nequeat, ut pluribus tradit Mevius *P. 7. dec. 25.* Add Olea *de Ceſſ. Jur. t. 5. q. 1. num. 31*] (2) Secundum exemplum eſt in mandatore, ſi actione mandati conveniatur a creditore, non aliter tenetur ſatisfacere, quam ceſſa ſibi contra debitorem vel fidejuſſores ejus vel pignora perſecutione *l. 27. § fin. & l. ſeq. ff. mandati.* ratio eadem, quæ in fidejuſſore, & cætera eadem. [Et effectus prorſus ſimilis. Lenz *cap. 7. memb. 2.*]

(3.) Correorum debendi [Quales dicuntur, cum duo pluresve eandem rem alicui promittunt, & ſeſe in ſolidum ob- 43
ligant, Lenz. *c. 7. memb. 3. num. 1 2.*] unus ſi conveniatur in ſolidum, poteſt petere, ut a creditore cedatur actio contra correum proportionabiliter, idque patet exemplo eorum, quæ de fidejuſſoribus ſupra tradita ſunt, & proponitur a Chriſtinæo *vol. 4 Dec. 178. num 9. &* Joh. a Sande *d. c. 6. n. 32.* [Lenz. *c. 7. membr. 3.* Olea *t. 5. q. 1. num 12. ſeq*] Quamvis

 etiam

44 etiam ſine ceſſione correus, ſi ſolverit ſolidum, habeat repetitionem, per *l. 2. C. de correis.* quæ ab aliis citatur *Lex prima,* quia quæ in noſtris codicibus habetur, ſpuria eſt. [Lenz. *cap. 7.*
45 *memb. 1. num. 47.*] Sed, qualis actio ſit, dubitatur. Alii, negotiorum geſtorum actionem eſſe, putant, ut Carpz. *d. Conſt. 17. d. 14.* Alii, officium judicis vel perſecutionem ſubſidiariam, per
46 tradita Heigii, *p. 1. quaſt. 37. num. 6. & ſeqq.* Ronchegallus *ad L. Reos. 11. pr. num. 4. C. de duobus reis.* Diſtinguendum porro videtur ex Theſſauro *dec. 191. num. 7.* & Alex. Trentacinq *l. 3 tit. de ſolut. reſol. 34. num. 38.* utrum pecunia ad eum pervenerit, qui convenitur in ſolidum, & tunc nulla opus eſt ceſſione, aut pervenerit tota ad alium, & tunc conventus in ſolidum petere poteſt, ut ſibi actio in ſolidum contra illum detur non detracta ſua parte, idque *arg. L. Si me & Titium. 32. ff. ſi certum pet.* An vero ad utrumque res pervenerit, & tunc proportionabiliter ceſſio exercenda, reprobata diſtinctione, utrum ſe obligaverint ex liberalitate, an vero neceſſitate, an ſint ſocii, an vero
47 non &c. Sed quid ſi non ſit pecunia data, nec correi perceperunt utilitatem æqualiter, quid tum dicendum? V. g. Unam ſummam donant duo, ut correi, ab uno exigitur, habetne regreſſum adverſus correum? Non putarem, quia jam extra terminos dictæ Legis verſaremur, quæ de debito a duobus per mutuum in utriusque utilitatem contracto, loquitur. Vid. præter citatos Joh. Petr. Surdus *decſ. 308.* Gomez. *t. 2. reſol. cap. 11. num. 13.* Maſtr. *dec. 224.* Dn. Hahn. ad Weſenb. *n. tit. de duo-*
48 *bus correis, ad verba (qui tamen ſolidum)* Addo & hoc, ſi dictam *L. 2.* generaliter intelligeremus de omnibus correis, ex quocunque capite obligatis, difficile foret, rationem reddere, cur non etiam fidejuſſores ſimul dati, inter ſe actionem habere poſſint, fidejuſſor contra confidejuſſorem, etiam ſine ceſſione. Sed revertamur ad negotium præſens, ſi correus, qui ſolidum ſolvit, contra correum habet regreſſum, poterat quis opinari, fruſtra hodie loqui JCtos de ceſſione facienda correo, ſi ſine
49 ceſſione agere poſſet. Sed reſp. 1 Si dictam Legem ad ſuos terminos, in quibus loquitur, reſtringamus, ceſſio in aliis caſibus non eſt ſupervacua. 2. Si omnis correus haberet regreſſum,

ex

ex quacunque cauſa cum alio ſe in ſolidum obligaverit, non ta-
men ſupervacua erit ceſſio, quia per eam plenius poterit cor-
reo ſeu Ceſſionario conſuli. Pone enim, creditori obligata
fuiſſe bona utriusque correi · ex dicta *L. 2.* vix erit, ut correi
cum regreſſu etiam hypothecarum perſecutionem habeant,
quod tamen ex ceſſione habere poterunt.

(4.) Tutores quando plures ſunt unius pupilli, tunc ob 50
adminiſtrationem communem, vel ob negligentiam contuto-
ris, ſinguli in ſolidum tenentur *L. Tres tutores. 55. ff. de admin. tut.*
niſi a teſtatore inter eos ſit diviſa adminiſtratio, tunc enim
quilibet pro ſua tantum parte, ipſo jure tenetur, *l. 2. C. de div.
tut.* aut niſi omnes ſolvendo ſint, & conventus opponat exce-
ptionem diviſionis. *L. 1 §. 11 ff. de tut. & rat. diſtrah.* Sed ſi in ſolidum
ſolvere compellatur, tunc habet etiam tutor aliud beneficium,
quod vocatur cedendarum actionum. De quo Weſ. *in tit. de
Admin. tut. num 9.* Nam tutor petere poteſt a pupillo, ut ſibi 51
cedantur actiones contra contutorem, quibus contra eum ex-
periatur, ſi forte ad meliorem fortunam pervenerit, *d. l. 1 §. 13.*
ratio eſt, quia ex geſtu alterius obligatus ſolvit, hoc tantum in-
tereſt, quod ſi ex culpa contutoris ſolvit, ſolidum reperit, *l. 2 C.
de contr. tut. act.* ſi ob negligentiam communem ſolvit, partem
tantum repetit, Montanus *de Tutelis, c. 39 num. 148* Et huic bene- 52
ficio cedendarum actionum non niſi ſpecialiter renunciari
poſſe, tradunt Montanus *de tutel c. 39. num. 132.* Joh. Guttier *de
Tutel. p. 1. c. 15. num 30* Imo licet renunciatum ſit, putarem ta-
men, pupillum compelli poſſe, ut in ſimili ſupra dixi de fidejuſ-
ſoribus, & Dn. Carpz. *l. 2. Reſp 70.* Sed ſi pupillus non ceſſerit 53
actionem, quæritur, quomodo tunc conſulatur tutori ob alie-
nam culpam condemnato? Reſp *in d. l 2. C de contraria act. tut. &
d. l. 1. § 13 ff de tut. & rat. diſtrab.* dari ipſi ex Conſtitutione Antoni-
ni utilem actionem, quam actionem tutelæ eſſe, putat Joh. a Sande
l. 2. c. 6. n. 57 Sed vocatur illa actio expreſſe negotiorum geſtorum
in *L. Ex facto. 30. ff de negot geſt.* Sed non inſolitum eſt, ejusmodi
actiones ſubſidiarias varia ſortiri nomina, & actio negotiorum
geſtorum variis cauſarum generibus eſt accommodata, vel
actio, quæ prius negotiorum geſtorum actio dicta, poſtea

54 actio tutelæ dicta. Sed quia valde dubium, an hæc utilis tutelæ actio habeat hypothecam, quod negat Bach. *in Tr. vol. 2. d. 9 th. 5 lit. B.* ideo utilior eſt ceſſio expreſſa, nam hac facta, procul dubio hypotheca tranſiret, juxta ea, quæ infra dicentur. { Utilitatem hujus ceſſionis aliunde quoque derivat Olea *de Ceſſ. Jur. tit. 5. q. 7. num. 25.* quia contra utiles actiones multæ obſtent exceptiones, quæ directis actionibus non opponantur, datque *num. 26.* hujus rei quoddam exemplum; pro certo autem ſupponit, quod reſpectu tacitæ hypothecæ utilis actio ejuſdem ſit effectus, benigna Juris interpretatione, *num. 24.*] Et poteſt tutor petere, ut ſibi cedantur actiones vel poteſt utili actione experiri, quando ob culpam communem, vel culpam aut dolum alterius conveniatur, ſed ſi ob dolum proprium vel communem conveniatur, neutrum ipſi competit, *d. l. 1. § 14. ff. de tut. & rat.* ubi ratio, tum quia proprii delicti pœnam ſubit, tum quia maleficiorum nulla ſocietas: *L. 57. ff. pro ſocio.* Montanus. *d. c. 30. num. 144.* Ronchegallus *ad l. 9. princ. ff. de duobus reis num. 221.* [Lenz. *c. 7. in d. num. 5.*] Ubi tamen dolum & culpam videtur minus recte conjungere.

55 Sic etiam tutor, cujus culpa debitor pupilli non idoneus factus eſt, tenetur quidem pro debitore ſolvere, *L. 18. C. de adm. tut. l. 2. C. arb. tut.* ſed poteſt petere, ut ſibi pupillus cedat actionem contra debitorem, ſi forte debitor bona adquiſiſit.

56 *L. 95. § 10. ff. de ſolut.* Quin licet ſolverit tutor, non facta hac petitione, etiam per actionem contrariam tutelæ poteſt petere, ut ſibi cedatur actio contra debitorem. *d. § 10.*

57 (5.) Fullo vel ſarcinator, ſi polienda vel ſarcienda veſtimenta acceperit, & ea furto amiſerit, poteſt conveniri a domino, ut rem amiſſam reſtituat, *§ 15. I. de Obl. ex delicto* quia negligentia cuſtodis jure præſumitur, Maſc. *de probat. Concl. 468. num. 5.* & fullo tenetur ad ſummam diligentiam & cuſtodiam, *§. pen. I. de Locat.* ſed petere poterit, ut ſibi dominus cedat rei vindicationem vel condictionem furtivam contra furem, *l. 25. §. ult. ff. locat.* Nam licet actio furti ipſe fullo habeat, quia ejus intereſt, furtum factum non fuiſſe, *d. § 15. I. de Obl. ex delict.* rei vindicatio tamen & condictio furtiva tantum domino dantur.

L. 25

L. 23. ff. de R. V. & L. 1. ff. de Cond. furt. Sed cui bono petat harum 58
actionum ceſſionem, cum actionem furti habeat? Reſp. ut fur pluribus actionibus conveniri poſſit, & ut plenius fulloni conſulatur. Et ſane contra tertium poſſeſſorem non haberet, niſi rei vindicationem, quæ niſi ceſſa eſſet, omni actione deſtitueretur, & contra heredem furis non furti actionem, nec condictionem furtivam, niſi ceſſa eſſet.

(6.) Qui vindicat rem ab alio. Si enim reus culpa rem 59
amiſerit, æſtimationem rei, culpa ſua, amiſſæ, actori, ſi dominium probaverit, reſtituere debet, ſed poteſt petere, ut actor actionem ſuam ſive rei vindicationem ſibi cedat, qua ceſſa actione, contra tertium non tantum, qui rem in poteſtate ſua habet, ſed etiam contra ipſum dominum agere poteſt, licet dominus reſtituere vellet æſtimationem, *l. 69. ff. de R. V.* Ratio eſt, quia ob rem ab alio poſſeſſam, condemnatus fuit. Igitur ſi dolo deſiit poſſidere, beneficium hoc non habet. *L. 69.*
de R. V. Aliud eſt in depoſiti & commodati actione, v. g. ſi tibi 60
commodavero librum, tu eum dolo deſieris poſſidere, teneris igitur ad æſtimationem ſolvendam sed poſſumne compelli, ut tibi cedam actionem realem ad rem, ut poſſis eam intendere contra tertium? quod aſt. per *l. 12 ff. de re judic.* Quæ eſt autem ratio diverſitatis? Reſp. *in l. 69. de R. V.* Reus non habet cauſam ab actore, ut hic facit *l. 36 ff. de don. inter virum & uxorem.* Vide Zaſ. *in d. l. 12. & Gl. in d. l. 69.*

(3.) Tertia regula ſit: *Qui actionem aliquam adquiſivit ex* 61
negotiis alienis, tenetur eam alteri, cujus ea negotia fuerunt, cedere. V. g. (1.) ſi procurator nomine domini comparavit rem, & caveri domino curavit de evictione, actionem evictionis nomine quæſitam domino debet cedere, *L. 49. § fin ff. de adquir. poſſ. L. 8. §. ult. ff. mand. L. 45. pr. ff. eod.* Regulariter enim per procuratorem non adquiritur actio, ſed retinetur *L. Per procuratorem 72 ff. de procur.* [Regulam hic talem conſtituis Lenz. *c. 7 m 13. pr.* Procuratorem actiones, quas domino ipſo jure non acquirit, ei cedere teneri. Cujusmodi ſunt omnes obligationes & actiones perſonales, de quibus Ceſſio omnino neceſſaria eſt, cum excepta poſſeſſionis cauſa, per liberam perſonam, quæ alte-

alterius juri non eſt ſubjecta, nihil alteri acquiri poſſe, indubitati Juris ſit, *l. 1. C. per quas perſ. nob. acqu.* §. 5. *I. eod. l. 11. ff. de O. & A.* §. 4. *I. de inutil. ſtipul.* Add Alf de Olea *de Ceſſ. Jur. t. 4. q. 9. num. 1. & ſeq.* exceptis tamen caſibus ſubſequentis *num. 63.*]

62 Sed an ſine ceſſione utilem etiam actionem habebit dominus? Id aff. Weſ. *in π. tit. de procur. num. 8.* Sed ex hac ſententia efficietur ſemper hoc contingere; & ſic regula, quod alteri per alterum actio non quæratur, eludetur, ut ibidem Bach. cum effectu nihil interſit, an utilem, an directam quis

63 habeat actionem. *L. 47. ff. de negot. geſt.* Sed interdum tantum citra ceſſionem procuratoris utilem actionem dari domino, probatur per *d. l. 72. ff. de procur. ibi: non ſemper* & hoc quidem in ſeqq. caſibus.

1. Quando procurator domini pecuniam mutuo dedit, [Lenz. *cap. 7. memb. 13. num. 7.*] vel quando pro pecunia mutuo data adquiſivit actionem hypothecariam, vel etiam quando promutuum contraxit, i. e. indebite ſolvit pecuniam domini, [Lenz. *c. 7. m. 13. num. 8.*] nam his caſibus utilis actio datur domino. *L. 9. § 8. ff. de rebus cred. L. 2. C. per quas perſonas L. 46. ff. de cond. indeb. L. 6. C. eodem.*

64 2. Ex ſtipulatione prætoria, licet ſuo nomine procurator ſtipulatus ſit, utilis actio cauſa cognita datur domino *l. 5. ff. de prætor. ſtipul. l. 18. §. 5. ff. de damn. inf. l. 27. in fine cum l. ſeq. ff. de procur.* cujus ratio, quia Prætoriæ ſtipulationes ex Prætoris mente interpretationem capiunt. *L. 52. ff. de V. O. L. 9. de præt. ſtipul.* Cujus procul dubio intentio eſt, ut judicati actio ſit paratior, & translata actione in dominum, directa actio, quæ procuratori competit, tollenda eſt. *d. l. 27. in fine.*

65 3. Si præſente domino procurator contraxit, ratio *in l. 9. §. 1. ff. de donat. l. 20. § 1. ff. mand.* tunc enim ipſe dominus per procuratorem contraxiſſe, & actionem ſibi quæſiviſſe dicitur *l. 79. de V. O.* [Lenz. *t. 4. q. 10. n. 24. ſeq.*]

66 4. Si a procuratore neque ceſſionem impetrare, nec dominus rem ſuam aliter ſervare poſſit, ut *l. 1. in f. & l. 2. ff. de inſt. act.* atque huc refert etiam Bach. *diſſ. ult. de Act. d. 11. in fine l. 13. §. 25. ff. de act. empti.* [Conf Olea *t. 4. q. 9. n. 5.*]

5. Si procurator ex re domini contrahat, v g ſi procura- 67
tor ex re vel pecunia domini fructus vel uſuras ſtipuletur, per *l. 68. de procurat.* Videatur Bach *d. l.* & Joh. a Sande *d. c. 6 num 11*
[Nam quod procurator ex re domini, mandato non refragante, ſtipulatur, invito procuratore petere poteſt, ut apparet ex *d. l. 68.* ubi autem dominus invito procuratore experiri poteſt, ibi ceſſione opus non eſſe, oſtendit *l. 49. § f ff. de acquir. vel amitt. poſſ.* Neque textus ille *l. 68.* inſerta negativa immutandus, dum alia Juris ratio eidem non repugnat, Lenz. *c. 7. memb. 13. num 15. ſeqq.* Olea *t. 4 q 9 num 6. 7. ſeqq.*] Procuratoris ſine 68
pactum etiam ſine ceſſione domino parit exceptionem *L. 10. § 1. ff. de pact.* & *ibi* Alex. Immol. *l. 8. § 1* & *ibi* Br. *ff. quibus modis pign. Bl. in l. f. C. de jure delib. §. Et ſi præfatam* Corneus *in d. l. 1.* Monticulus *de invent. membr. 5. n. 57.*

(2.) Ad exemplum procuratoris etiam negotiorum ge- 69
ſtor tenetur domino cedere actionem ſibi quæſitam, Gl. *in l. pen. ff. de negot. geſt. arg. l. 10 § 6. ff. mandati* & in ſpecie minor, ſi alterius negotia geſſit, poteſt conveniri a domino, cujus negotium eſt, & niſi velit condemnari, beneficium reſtitutionis tenetur cedere domino, *l. 24. pr. ff. de Minor.* aliud ſi mandatu alieno geſſiſſet negotia. *L. 23. ff. de min.* [Tum enim imputari hoc debet domino, qui incautius tali ſua negotia commiſit. *d. L.* & *L. 4. ff. de minor.* Lenz. *c. 7 m. 13 num 3*]

(3.) Magiſter, navali merci præpoſitus, debet cedere domi- 70
no, qui eum præpoſuit, actionem, quam habet contra eum, qui ſecum in dicta merce contraxit *arg. L. 1. §. 18. ff. de Exercit. act.* Jac. de Ar. *de ceſſ. act. n. 60.*

(4.) Minor, qui pecuniam mutuo accepit, eandemque alii 71
credidit, non tenetur ipſe exigere a ſuo debitore debitum, ſed tantum cedere tenetur actionem creditori adverſus ſuum debitorem. *L. 27. §. 1 ff. de Minor*

(4) Regula: *Ob communionem bonorum interdum alter al-* 72
teri tenetur cedere actionem, & quidem vel ob communionem introducendam, ut inter ſocios tenetur ſocius ſocio cedere ſuas actiones, quando ſocietatem inire volunt omnium bonorum, per *l. 3. pr. ff. pro ſocio.* quia cætera bona communicantur tacite

per contractum ſocietatis, *l. 2. ff. pro ſocio*, nomina vero non communicantur, niſi per ceſſionem, quia infixa ſunt oſſibus ejus, qui ea contraxit; vel ad diſſolvendam, ſic coheres, vel ſocius, vel qui alias bona cum alio communia poſſidet, ſi hereditatem vel alia bona velit dividere, nomina quidem ipſo jure ſunt diviſa, nec diviſione opus habent, ſi tamen nomen alii alius aſſignata ſint, ceſſione opus eſt. Adeoque tunc heres debet cedere actionem coheredi pro parte, quam habet in nominibus debitorum, ut etiam in aliis juribus. *L. 2. §. fin. L. 42. ff. famil. hercisc.*

73 (5) Quinta ſit regula: *Ii, qui habent jus offerendi, poſſunt ſimul juſte rogare, ut ille, cui ſit oblatio, cedat actionibus ſuis.* Quod
74 ſequentibus exemplis declaratur. Tertius poſſeſſor hypothecæ, quando a creditore hypothecaria actione convenitur, excuſſo forte debitore, vel non excuſſo, ſi ſpecialis ſit hypotheca juxta receptam ſententiam, habet jus offerendi debitum actori ſeu creditori, & ſic rem, in qua hypothecæ jus conſtitutum, retinere poteſt: *L. Paulus. 12. §. 1. ff. quibus mod. pign. ſolv. L. Tale pactum. 40. §. 2. ff. de pact.* ratio eſt, quia actione hypothecaria agens, non agit ad rem præciſe, ſed ad poſſeſſionem adipiſcendam,
75 donec debitum perſolvatur. Ergo hoc principaliter, quo conſecuto nihil juris in re, quæ antea fuerat obligata, vinculo jam per ſolutionem ſoluto, habet amplius. Et eo caſu actor, ſeu creditor, petenti poſſeſſori ſeu reo tenetur cedere jus ſuum. Nam ſolutio debiti cum hoc pacto & conditione facta, ut creditor ſuum jus cederet, Ergo, reſpectu creditoris jus id ſolvitur, ſed non nude, verum ab eo transfertur in poſſeſſorem, qui hac conditione ſolvit, & quaſi emit jus creditoris & in ſpecie hypo-
76 thecam, per *L. Mulier. 19. ff. qui potiores in pign.* Hic occurrit dubia illa quæſtio, an etiam injuſtus poſſeſſor poſſit juſte petere, ut ſibi cedantur a creditore omnia jura? Videtur id affirmandum eſſe per generalitatem textus *in d. L. Paulus. 12. § 1.* per quam id etiam affirmat Neguzant. *de pign. p. 1. memb. 3. part. 5. pr. num. 26.* Sed contraria ſententia negans verior; nam jus petendi ceſſionem jurium expreſſe ad juſtum poſſeſſorem reſtringitur *in d. l. 19.* ita recte ſentit Morotius *in tr. de jure offerendi,*

vendi, num. 3. Ant. Fab. *L. 8. Cod. tit. 10. def. 3.* Joh. a Sande *d. tr.*
cap. 6 num 62. [Lenz. *c. 7. m. 12.* & *c 9 memb. 2. & 3* Conf. Olea [a]
de juſto poſſeſſore, *t. 5 q. 1. n. 21.* de injuſto diſtinguendum cre-
dit, an injuſtus poſſeſſor ultro offerat, an vero ſolvere compella-
tur: primo caſu creditorem ei cedere non teneri; poſteriori
caſu juſte deſiderari ceſſionem, tradit *n. 24.* ex Scaccia *de com-*
merc. §. 2. gloſſ. 5. n. 81.] Nec obſtat *d. l. 12. § 1* Nam ſciendum 77
eſt, aliud eſſe jus offerendi debitum, & aliud jus petendi etiam
ceſſionem. Illud nudum jus cuilibet competit, poteſt aliquis
opulentus omnibus creditoribus in mundo offerre pecunias a
quocunque debitas, per *L. Solvendo. 39. ff. de Negot. geſt.* ſed *in*
d. l. Paul videtur hæc eſſe ratio dubitandi, quod poſſeſſor in-
juſte poſſideat, & creditor juſte avocet poſſeſſionem, ubi meri-
to dubitari poterat, an habeat injuſtus poſſeſſor non tantum jus
offerendi, ſed etiam jus confirmandi injuſtam ſuam poſſeſſio-
nem, contra eum, qui juſtiſſime videbatur petere poſſeſſionem,
quod tamen affirmatur ex ea ratione, quod creditor principale
intereſſe habeat, non in poſſeſſione hypothecæ, ſed in ſolutione
debiti, quæ illius finis eſt; Sed an etiam injuſtus poſſeſſor poſſit
compellere actorem, ut ſibi cedat jura omnia, quæ habet, id *in*
d. l. 12. non deciditur, ſed *in d. L. 19.* Et cum mulier in dote æ- 78
ſtimato data, habeat rei vindicationem, ut poſſit res æſtimato
datas vindicare a poſſeſſore tertio, ſi maritus non ſit ſolvendo
& in ſubſidium, per *L. In rebus 30. C de jure dotium.* & in rei vin-
dicatione jus offerendi non competat poſſeſſori, ſed præciſe
poſſit compelli ad reſtitutionem, imo manu militari res auferri,
ri, per *L. Officium. 9. ff. de Rei vind.* ideo dicendum videtur, poſ-
ſeſſorem illum jus offerendi non habere. Morotius *d. l. num.*
6. & Neguzant. *d. l num. 28.* Et ideoque nec mulier cogi po-
terit cedere ſua jura, quia ad vendendum dominium directum
vel utile nemo compellitur, per *L. Nec emere 16. C. de jure delib.*
[*Lenz. *c. 10. m 5.*] Quamvis autem, ut ſupra diximus, fidejuſſor 79
non teneatur ſolvere in effectu creditori, ſi creditoris culpa ac-
cedat, ut non poſſit jura ſua cedere, per *L Stichum 95. § pen ff.*
de ſolut alia tamen videtur eſſe ratio poſſeſſoris hypothecæ,
dum (1.) Fidejuſſor præciſe ſolvere tenetur debitum, ſed poſ-

ſeſſor

ſeſſor non præciſe, ſed vel dimittere poſſeſſionem vel ſolvere. (2) Creditor ſcire debuit, non poſſe ſe debitum petere a fidejuſſore ſuo, niſi cedat jura ſua, quod creditor non potuit ſcire in poſſeſſore, qui poterat dimittere hypothecam. (3.) In fidejuſſore neceſſitas ceſſionis oritur ex contractu præambulo, hic vero ex æquitate. (4) Iniquum foret, ſi creditor, qui dimiſit jura univerſalis hypothecæ, forte in gratiam debitoris & ut ad vitam ſuam ſuſtentandam mutuo ſumere poſſet, propterea etiam amittere deberet jura ſpecialis hypothecæ, & ita ſentit
80 Neguz *d. l. num. 29.* & Morotius *num. 4.* Secundus etiam creditor [æque hypothecarius, nam creditor chirographarius, ut alius quilibet extraneus, etſi pro debitore recte ſolvere poſſit, ceſſionem tamen ab invito creditore nullo jure poteſt extorquere, Lenz *c. 9. memb. 2.* uti nec alius extraneus pro debitore ſolvens, Lenz *d. l. memb. 1.*] ſi offerat pecuniam debitam creditori priori vel recuſanti accipere, in judicio obſignatam deponat, [quæ depoſitio judicialis ob contumaciam accipere recuſantis eundem habet effectum, fingiturque tacita interveniſſe ceſſio, Lenz *cap. 7. memb. 11. n. f.*] poteſt creditorem priorem compellere, ut jus ſuum in hunc transferat, *l. 11. §. ult. ff. qui potiores. l. 1. C. eodem l. 19. ff. qui potiores. l. 45. §. 9. ff. de jure fiſci.* [Notari tamen hic vult ſequentia Lenz *c. 7. m. 11. num. 5.* (1.) quod creditor hypothecarius ſecundus creditori priori non præciſe teneatur etiam poſterius debitum ſolvere, ſed ſufficiat ſummam primo ordine creditam, ſeu quæ ſecundi creditoris credito anterior eſt, ſolvere, *L. Quærebatur 20. ff. qui potior in pign.* (2) Quod in creditorem ſecundum, debitum anteriori offerentem, non ſolum hypothecaria actio, ſed & actio perſonalis transferenda ſit, *L. 22. C. de pign.* (3.) Quod poſſeſſionem pignoris non præciſe teneatur transferre in ſecundum creditor primus. *cit. l. n. 6. 7.*] atque ita ſecundus creditor confirmat ſibi pignus, ac in locum prioris ſuccedit, ejusque jure utitur, *l. 5. ff. de diſtr. pign.* & in omnem cauſam ſuccedit. *L. 12. §. 12. ff. de capt.* [Eſt autem ex parte ejus, qui ita tenetur, regula, quod is, ubi non alia ratione tenetur, quam quod actionem habeat, eam cedendo liberetur plane, quam ſuppeditat Olea *t. 5. q. 14.*

num.

num 29. niſi ex ſuo facto, contractu vel culpa obligatus quoque ſit, Olea *d. l. num 30.* Proinde maritus, qui debitorum nomina in dotem data, vel dotem ſibi promiſſam non exegit, non ſemper ſatisfaciet, reſtituturus dotem, ſi cedat actiones ſuas ſeu potius retrocedat contra debitores, ſed tum demum, ſi nomen inæſtimatum ſit datum in dotem, & ejus culpa non interceſſerit, aut mora iſta deterioris conditionis non fuerit effectum: alioqui ſi æſtimatum datum fuerit in dotem, aut viri culpa exactum non ſit, maritus ſoluto matrimonio ſuſtinebit periculum & æſtimationem ſolvere cogendus erit, quemadmodum eundo per regulas id oſtendit de ſingulis plur. Olea *t. 5. q. 12.* Sane dolus tutoris pupillum non ſtringet ulterius, niſi in quantum locupletior inde factus eſt, *L. Sed ex dolo. 15. L. 3. ff. quando ex facto tutoris.* & ut actionibus cedat contra tutorem Vid. Olea *t. 5. q. 11. per tot.*] Sed hoc jus offerendi & jus petendi ceſſionem 81
creditori poſteriori, non competit contra emptorem, cui creditor jure ſuo pignus vendidit. Nam tunc plenum & non affectum dominium translatum in emptorem, & ita jus ſecundi creditoris per illam venditionem plane conſumptum, & reſolutum jus debitoris ſeu dominium, quod habebat in re ante venditionem, ergo ſic etiam ſublatum, reſolutum & caſſatum jus ſecundi creditoris, qui cauſam a debitore habet, & cujus jus a jure, quod habuit debitor, in fieri & eſſe dependet, per *l. 1. C. ſi antiquior creditor.* Card. Mant. *de tac. & amb. convent. lib. 11. tit 23 num. 24.* Neguz. *de pign. d. l. num. 4.* Fachin *l. 11. cap 9.* Salgado de Somoza *in Labyr. cred p. 3. c. 10 num 14.* Alex. Trentac. *lib. 3. de ſolut. reſol 30. num. 3.* Quod limitatur tamen, 1. 82
ſi fidejuſſor emerit, cujus foret eadem ratio, quæ in ſequenti limitatione aſſignatur, ſcilicet quod fidejuſſor non tam adquirendi dominii, quam ſervandi juris ſui & ob regreſſum emiſſe videatur, textus *in L. 2. C de Diſtr. pign. L. Paulus 59. ff. de fidejuſſ.* 2. Deinde ob jam poſitam rationem ſecundus creditor, qui 83
emit, tenetur cedere jus ſuum tertio creditori debitum offerenti, per *l. 5 § fin & l. 6. ff. de Diſtr. pign.* 3. Limitatur, ſi res 84
ſub haſta uni creditorum licitanti addicta, ob eandem rationem, Morotius *de jure offer. num. 19. Trent. d l num. 6.* 4. Limitatur. 85

ſi emptio vitio aliquo laboret in forma, ut ſi non obſervato juris ordine vendiderit creditor, vel in materia, ut ſi doloſe minoris vendidit emptori conſcio, *L.1 & 3. C. ſi vendito pign. agatur* Pinell *ad l. 2. C. de Reſc. vend. p. 2. c. 2. num 11.* Neguzant.
86 *d. l. num. 27.* Morotius *d. l. num. 28.* Hæc hactenus de caſu, quo creditor vendit. Sed ſi debitor creditori rem in ſolutum det, eo caſu poteſt poſterior creditor priori offerre debitum, & compellere ad ceſſionem faciendam, quia debitor non potuit vendendo, & ita ſuo facto adimere jus ſecundo creditori, qui jus ſuum habet a debitore, textus *in L. 1 § Cum autem. C. ſi antiquior creditor.* Card. Mantica *d. l. num. 2.* Neguzant. *d. l num. 1. & 2.* Salgado de Somoza *d. l.* Conferatur *Diſputatio inaugura-*
87 *lis* Dn. Lic. Georgii Henrici Klugii, *ubi de jure offerendi plenius agitur.* Hactenus de caſibus, in quibus quis invitus cedere tenetur. Sed appendicis loco notandum, regulariter non poſſe invito actiones vel nomina ſolvi ac cedi, ſed tantum volenti *l. 16. C. de ſolut. l. 46. § 2. ff eodem.* Ratio eſt, quia aliud pro alio
* ſolvi non poteſt, *l. 2. §. 1. ff. de rebus cred.* [*d. L. Eum, a quo 16 C.*
88 *de ſolut.* Lenz *cap. 10 n. 1. 2 3. 6. 7.*] Sed exceptionem hæc regula patietur in quatuor caſibus. (1) Si ab initio placuerit, ut non pecunia, ſed nomen ſolveretur ac reſtitueretur *arg. L. 1. ff. de pactis.*
* [Idem dicendum, ſi debitor promiſerit, ſe ſoluturum quantitatem pecuniarum certo die, creditorive pignori dedit nomen quoddam, ea lege & conditione, ut ſtato dictoque tempore, pecunia non ſoluta, nomen oppignoratum cedat in ſolutum creditori; nam tunc quoque, ſi dies iſte præterlapſus fuerit, non erit in arbitrio creditoris, ad exſolutionem pecuniæ agere, ſed invitus quoque in ſolutum retinebit nomen, ut probat & tradit Lenz. *cap. 10. n. 10. ſeq.* Idemque erit, ſi ſub hac conditione prædium aliave res data in ſolutum. Lenz *d. l. n. 26*] (2)
89 Si debitor non habeat pecuniam paratam, nec habeat bona alia, aut habeat quidem, ſed quæ emptorem non reperiant, & quæ creditor acceptare nolit, tunc debitor offerendo nomina ſua, ſi quæ habet, poteſt liberari, per *Nov. 4. c. 3. & Nov. 135. &*
* *Auth. Hoc, niſi debitor* quam *Irner. d. L. 16 C. de ſolut.* ſubjecit [Tunc enim neceſſitas, quæ Legem non habet, & cujus cauſa multa

per-

permittuntur, quæ alioqui non permitterentur, exigit & urget,
ut ſolutio in re alia, & ſic datio in ſolutum admittatur, atque
hac ratione deficientibus rebus mobilibus & immobilibus ali-
is, neceſſitas cogit creditorem nomen debitoris accipere in
ſolutum, [Lenz *de ceſſ. nom. & all. cap. 10. num 17*] Sed hic re-
quiritur 1. ut debitor offerens nomina, probet, ſe eſſe paupe-
rem, & pecunia aliisque rebus forte citius acceptandis ſe deſti-
tui. Trentac *lib 3. tit. de ſolut. reſol. 36. num 3.* 2. Debet offer-
re omnia nomina vel alias res, ita, ut electio competat credi-
tori. *d. Novell. 4. c. 3.* [*d Auth. Hoc ita C. de ſolut.* Quibus locis
idem quoad res immobiles ſancitur, quod nempe, ſi neceſſitas
urgeat, optimæ & præſtantiſſimæ in ſuo genere, per quas cre-
ditori melius ſit conſultum, in ſolutum cedendæ ſint, æſtima-
tione Judicis arbitrio facta, præſtitaque de evictione credito-
ri cautione. Conf. Lenz. *d c 10. num 31 ſeq*] Conf. Ritterſh.
in Nov. p. 2. c. 3. Teſſaur. *dec 153* Koppen. *q 55.* Carpzov. *in A-
ſylo debit. c. 4. n. 226.* Hilliger in Donell. *lib 16. cap. 9. in fin.*

Tertio nomen oblatum acceptare cogitur creditor he- 90
reditarius, ſi heres beneficio inventarii adiit hereditatem, ſi a-
lia deſint bona magis accepta, per *l fin § 4. Cod de jure delib*
Demum ſi in ſtatuto diſpoſitum, ut certis caſibus creditor no- 91
mina debitoris ſui, liquida, & quæ non ſunt difficilioris ſolutio-
nis, in ſolutum accipere teneatur, quale eſt in Electoratu Saxon.
de quo Carpz. *l. 4. reſp. 3.* [Iis nempe caſibus, ſi vel ipſe de-
bitor executionem in immobilibus, eorundemque ignominio-
ſam ſubhaſtationem & venditionem deprecatus, ſtatim offerat,
in iisque executionem fieri malit, denn auff den Fall ſoll ſich
zwar der Gläubiger an ſolche Schulden weiſen zu laſſen verbunden
ſeyn, ut loquitur *Ord Proc Sax. tit 39 §.* Endlichen. *17* h. e. eo ca-
ſu creditor obligatur nomina recipere in ſolutum, vel deinde
ſi contra pupillos & minores decernatur executio, horum e-
nim ut bona conſerventur, contra eos ſic executio intentanda,
ut creditores teneantur nomina prius, jura & actiones accipe-
re in ſolutum, quam bona immobilia pignori capiantur. *d. Ord.
Proc d. § 17. in f. Dec. El 64.* Utroque tamen hoc caſu non a-
liter tenetur creditor acceptare in ſolutum nomina, quam ſi
liqui-

liquida ſint & idonea, ac facile ſine expenſis & judiciali ſtrepitu queant exigi Unde audiendus non eſt debitor, offerens pro avertenda executione in ſua bona nomen ſeu creditum, quo obligatum tenet Principem, ejusque Cameram, aut Status Provinciales, aut alios Status Imperii, ne difficilior reddatur executio. Carpz *d. l n. 2.* Nec enim valebit ceſſio, quando moleſtior actori adverſarius ſubjicitur, aliaque ratione conditio agendi fit durior & deterior Carpz *l. 5. Reſp. 107 n 13. ſeqq.* De quo cum dubitaretur, an idem etiam in pupillis & minoribus obtineret, peculiari Deciſione res eſt compoſita LXIV, ſancitumque, ut ne quidem creditor pupilli vel minoris teneatur Electoralem aut aliorum Statuum Imperii obligationem loco paratæ ſolutionis acceptare. Cæteroquin alias res præter actiones & nomina liquida creditor non aliter tenebitur in ſolutum accipere, quam ſi poſt factam taxationem judicialem & ſubhaſtationem nullus reperiatur emtor, atque tum quoque creditor, ſi noluerit pro pretio judicialiter taxato res emere, res ſubhaſtatas, quod facere poteſt, per Scabinos provinciales juratos denuo taxari fecerit & æſtimari; nam tum demum res ita taxatas, ſi non alio modo ei ſatisfieri queat, in ſolutum accipere tenebitur, quod plur probat Carpz. *P. 1 c. 32. def 61. 62 junct. def 63.* De cætero ſicut invito regulariter nequit cedi, ita nec abſenti, ſed aut requiritur præſentia ceſſionarii, aut, qui hujus vicem ſubeat, procuratoris, aut his deficientibus, nuncius vel epiſtola; ſiquidem in omni contractu, ubi utriusque opus eſt conſenſu, unum ex hiſce tribus requirunt Jura, Lenz. *de ceſſ. act. cap 11. plur.* Ad ultimum referri huc poſſet plenior tractatio, in quibus caſibus de una in aliam perſonam transferatur actio ſine ceſſione ſed eam pleniſſime, quod ante eum nemo, percurrit & illuſtrat Alf. de Olea *de ceſſ jur. & act tit 4. per integras 10. quæſtiones*, & ſunt quoque obvia ex ſuperioribus exempla]

CAPUT

CAPUT IV.

De Actionibus, quæ cedi poſſunt, & juribus, quæ ceſſa actione ſimul transferuntur.

SUMMARIA

CAP. IV.

Omnes actiones regulariter cedi poſſunt n. 1.

Actiones litigioſæ & a perſona inſeparabiles cedi non poſſunt. n. 2.

Actiones quomodo fiunt litigioſa? Reſp. n. 3.

Actio perſonalis, qua res certa petitur, litis conteſtatione tantum fit litigioſa n. 4

Idem in poſſeſſoriis n. 5. Et in Actionibus mixtis particularibus, non univerſalibus n. 6.

Per actionem hypothecariam res ipſa non redditur litigioſa n. 7

Et ideo dominum poteſt alienari. num. 9

Actio realis fit litigioſa, ſicut ipſa res litigioſa eſt. n. 8.

Cur Lex alienationem rei litigioſa & ceſſionem actionis litigioſa prohibeat? Reſp. n. 10

Quæ ſit pœna tranſlationis aut ceſſionis rei litigioſæ? Reſp. n. 11.

Lite ſopita, purgatum eſt vitium litigioſi. n. 12.

Licet executio nondum facta n. 14.

Non vero concluſione litis facta. num. 13.

Nec inſtantia cauſa finita n. 15.

Non prohibetur alienatio aut ceſſio, ſi non de ipſa re, ſed jure ejus lis, vel opere, vel fructibus n. 16.

Ob cauſam neceſſariam cedi poteſt actio litigioſa. n. 17.

Conſenſu Judicis res litigioſa vendi poteſt. n. 18

Ut & in ultima voluntate. n. 19.

Quod perſona competit jus, non poteſt cedi alii. n. 20.

Quod non tranſmittitur ad heredes, non poteſt cedi. n. 21.

Id perſonale eſt, cujus cauſa proxima eſt qualitas perſona n. 22.

Quod ex privilegio competit, cedi nequit. n. 23.

Opera officiales cedi nequeunt. numer. 24.

Prabenda cedi nequit. n. 25

Jus percipiendi alimenta futura cedi nequit. n. 26

Aliud in præteritis. n. 27.

Uſus adium cedi nequit n. 28.

Jus prælationis, quod in emphyteutico fundo habet dominus vel in emptione fructuum, vel in mentalis, non poteſt cedi. n. 29.

Sed una cum dominio fundi directo hac transferri poſſunt. n. 30.

Dominus feudi jus ſuum, directum ſcilicet dominium, invito vaſallo, alienare non poteſt n. 31.

Retractus conſanguinitatis cedi nequit, niſi cognato proxime ſequenti n 32.

Aliud in Retractu conventionali. n. 33.

Menochius explicatur n 34. Et Tiraq n 35. & ſeq.

Retractus, qui competit jure communionis, vel vicinitatis, vel domini directi, cedi poteſt n 37.

Creditor, cui major pars crediti debetur, jus protimiſeos, quod ei competit, cedere poteſt n. 38.

Facultas perſona conceſſa cedi non poteſt. n 39.

Facultas alienandi, qua poſſeſſori majoratus competit, cedi nequit. num 40

Facultas eligendi cedi nequit. n. 41.

Stipulatio, ut mihi ire liceat, cedi nequit, & quoties facultas perſonæ data, invitu perſona n. 42.

Per conſequentiam cedi facultas facti poteſt n 43.

Et clauſularum executivarum vis. n. 44.

Sic facultas alienandi feudum data, ob rem cedi poteſt n 45.

Fideicommiſſum univerſale cedi nequit. n. 46.

Molinæ ſententia refertur & rejicitur n. 47.

Communis ſententia defenditur numer. 48.

Quomodo fideicommiſſum cedi poſſit? n. 49

Ceſſionarius ut ſimplex procurator admitti non debet n. 50.

Particulare fideicommiſſum cedi poteſt, ut & univerſale reſtitutum. n. 52. & ſeq.

Jus adeundi hereditatem cedi non poteſt, ut & jus bonorum poſſeſſionem agnoſcendi. n. 54. & ſeq.

Publica judicia & populares actiones cedi non poſſunt. n. 56.

Actio injuriarum cedi non poteſt. n 57.

Aliud in querela inofficioſi teſtamenti. n. 58.

Actio revocatoria donationis cedi poteſt. n 59

Dominus actionem feudi commiſſi cedere poteſt n 60.

Uſusfructus quomodo cedi poſſit, traditur n. 61.

Debitor poteſt uſumfructum pignori dare. n. 62.

Commoditas juris decimarum cedi poteſt. n. 63.

An hypothecaria actio ſine perſonali cedi poſſit? n. 64.

Reme-

Remedium recuperandæ poſſeſſionis poteſt cedi. n. 65.
Idem de interdicto retinendæ & adipiſcendæ poſſeſſionis. n. 66 & ſeq.
Jura Majoratus & primogenituræ an cedi poſſint? n. 68.
Jus arreſti impetrati cedi poteſt. num. 69.
Spes probabilis nuda actionis cedi poteſt. n. 70.
Beneficium reſtitutionis in integrum cum cauſa principali cedi poteſt. n. 71 & ſeq.
Ceſſa actione, ceſſa etiam videntur jura actioni cohærentia. n. 73.
Ceſſo nomine, ceſſum etiam videtur jus retinendi n. 74.
Et facultas data ingrediendi propria authoritate. n. 75.
Et hypothecaria. n. 76.
Et pœnarum exactio. n. 77.
Et actio ad expenſas. n. 78.
Et parata executio n. 79.
An ex clauſula inſtrumenti (quod cuilibet danda ſit actio, qui bonæ fidei poſſeſſor,) detur actio ſine probatione ceſſionis? Reſp. n. 80.
Jus ad uſuras vel intereſſe cedi poteſt. n. 81
Jura perſonæ cohærentia cedi non poſſunt. n. 82.
Privilegium fori, quod competit perſonis miſerabilibus, cedi non poteſt. n. 83.
Pupillorum hypotheca, in bonis tutoris exiſtens, cedi poteſt n. 84.
Jus, quod habet pupillus in re, ſua pecunia empta, cedi poteſt. n. 85.
Idem in milite. n. 86.
Conſenſus, creditori in feudo datus, poteſt cedi. n. 87.
Actio perſonalis, qua mulier dotem repetit, cedi poteſt, ut & hypothecaria actio, ſed non jus prælationis, quo anterioribus præfertur n. 88.
Item ſi cauſa ceſſionis eſſet neceſſaria. n. 89.
Præſtatio juramenti a parte delati cedi nequit. n. 90. & 92.
Aliud in juramento a lege delato. n. 91.
Quænam privilegia fiſci, ceſſa actione, ceſſa videantur. n. 93.

NOtanda eſt regula, *omnem actionem regulariter cedi poſſe.* 1
L. f. Cod. de hered. vel act. vendit. t. 1. ff. eodem Tiraqu. *de Retr. conſang. §. 26. gl. 3. num. 2.* Joh. Petr. Surdus *de aliment. tit. 8. privil. 55. num. 1.* [Lenz. *de ceſſ. act. cap. 13. pr.* n. Olea *t. 3. qu. 1.* Carpzov. *P. 2. c. 32. def. 20. num. 6.*] Tam reales, quam perſonales actiones *d. L. fin.* [Etſi enim actionis vocabulo plerumque actiones tantum perſonales veniant, *L. Pecuniæ. 178. §. Actionis verbum. 2. ff. de V. S.* hic tamen loci generalius 2

ſumi-

ſumitur, ſicut oſtendit Lenz. *c. 13. pr. n. 3. 4. ſeq & num. 13* Olea
2 *c. 3. q. 1. num. 2*] Excipiuntur autem duo genera actionum, quæ cedi non poſſunt, ut (1) actiones litigioſæ. [*per L. Lite pendente, 2. L. final. pr. C. de litigioſ.* Mev. *P. 4. dec. 350. n. 1.* Vid. Lenz. *cap. 19. memb. 1. num. 5. ſeq.* Quanquam etiam Sichardus aliique titulum de *Litigioſis* tantum de rebus mobilibus vel immobilibus, aut ſe moventibus, & de rebus corporalibus tantum, titulumque agere velint, *Ne liceat potentioribus*, tantum de incorporalibus loqui contendant, tamen aperte falli eos, oſtendit ipſa *L. 2.* & æque clare *L. 4. C. eod. ibi: Cenſemus, ut ſi quis lite pendente actiones, vel res, quas poſſidet, ad alium quendam tranſtulerit.* Vid. Olea *c. 3. q. 11. num. 34.* Lenz. *cap. 19. memb. 1. num. 9. 10.*] (2.) Actiones, quæ certis perſonis intuitu perſonarum datæ ſunt.

Litigioſæ autem fiunt aliter actiones perſonales; aliter reales. Reales enim litigioſæ fiunt ſola citatione a Judice, ſive ordinario, ſive delegato facta. *Nov. 112. c. 1. 2. Auth. Litigioſa & ibi Dd. C. de litigioſis.* [Idque de Jure novo, Lenz. *c. 19. m. 1. numer. 13.* Jure enim antiquo ſecus erat. Vid. inf. *numer. 8.* Conf. Franzk. *l. 1. reſ. 11. num. 6. 7.*] Perſonales actiones autem fiunt lite in judicium deducta, i. e. conteſtata, non ſola citatione, per *L. 2. C. h. t.* ſicut enim perſonales difficilius amittuntur, ita etiam litigioſæ fiunt difficilius. [Lenz. *c. 19. memb. 1. num. 20.* Nulla enim apparet correctio Juris Digeſtorum, cur ergo ſtare prohibeatur? Neque hic de actionibus utilibus quicquam eſt peculiare, ac ſi directæ quidem actiones cedi nequeant poſt litem conteſtatam, utiles tamen cedi poſſint, non obſtante etiam litis conteſtatione, quæ & ſententia forte eſt Hartm. Piſtoris *P. 1. q. 40. ſub num. 7.* Nonne enim ita Lex non rebus, ſed verbis poſita eſſet? Et certe, ſi lite conteſtata, acceptoque Judicio actio utilis in ceſſionarium poſſet transferri, eique, controverſia cedente mora non obſtante, utili judicio nihilominus experiri liceret, prohibitio actionis litigioſæ perſonalis prorſus omni deſtitueretur effectu, inprimis cum actionem directam nequidem ante litem conteſtatam cedere integrum fuiſſet. Vid. plur. Lenz. *cap. 19. memb. 1. num. 22. ſeq.* Franzk. *l. 1. reſ. 11. numer. 8.*]

Sed

Sed quid de actionibus perſonalibus illis, quibus res certa peti- 4
tur, ut ſi actione emti res emta petatur, vel actione commoda-
ti res commodata, vel actione ex ſtipulatu, res ſtipulanti pro-
miſſa? Reſp. cum Hartm. Piſtor. *p. 1. qu. 40 num. 7.* Dn Franz-
kio *lib. 1. reſ 11. num. 29.* Menoch. *l. 2. præſ 97 num. 15.* Hondedæo
lib 1. conſ. 20 num. 30. talem actionem, ut perſonalem, non fieri
litigioſam, niſi litis conteſtatione. [Conf Richt. *ad cit auth n. 7*]*
Idem etiam eſſe, defendit Piſt *d. l num. 9.* in poſſeſſoriis judiciis, 5
quia ibi non de ipſo dominio, ſed poſſeſſione tantum agitur, &
ſic poſſeſſio, quidem litigioſa efficitur, ſed non res ipſa ſeu pro-
prietas. Hartm. Piſt. *d. l. num. 1.* Fab de Monte *in tr. de Empt.
quæſt 4. princ. num. 33.* & quos citat *d. l* Hartm. Piſt. & præter
eos Gail. *l. 1. obſ. 118. numer. 5.* & Merckelbach. *inter conſilia*
Klockii *vol. 2. conſil 55. num 21.* [Lenz. *c. 19. memb. 1. num. 32 ſeq*]*
Idem Hartm. Piſtor *num 11.* eſſe defendit in actionibus mixtis 6
particularibus, *l. 1 C. communi dividundo.* ibi: *ut poſt litis con-
teſt* &c. Aliud in univerſalibus, *per l. 5. pr. ff. de pet. hered.*
Peregrinus *de jure fiſci, lib. 4 cap. 6 num. 16.* Menoch. *d. præſ. 97.
num. 25.* [Lenz. *d. l num. 29.*] Qui omnes tradunt, diſtinctio-
nem hanc inter judicia mixta univerſalia & ſingularia eſſe com-
muniter receptam. Quod quamvis jure veteri concedam, is
tamen ſcrupulus manet, at non Jure novo, *Nov. 112. c. 1.* et-
iam per citationem in judicio communi dividundo fiat res li-
tigioſa, quia agitur hic de dominio, quod fere mihi agnoſcere
videtur Hartm. Piſt. dum *d. q. 40 num. 12.* his verbis utitur:
*Particularis vero actio licet tam rem, quam actionem litigioſam
efficiat, ad inſtar tamen &c.* Sed hic nihil definio, ſed ea aliis
dijudicanda relinquo. [Franzkius *l. 1. reſ. 11. num 54. 55.* plane*
in contrarium nititur, veriusque judicat, ut in utraque actione
tam particulari, quam univerſali, non niſi poſt litis conteſta-
tionem rem litigioſam fieri dicamus.] Sic etiam per hypo- 7
thecariam actionem res ipſa obligata non redditur litigioſa. *Nov.
112. cap. 1. verſ. ab hoc autem litigioſi vocabulo hypothecas ſeparari &c.*
Lancellottus *de Attent. p. 2. cap 4. de Attent. lite pend. limit. 2. n 31.
& ſeqq.* Salgado de Somoza *in Labyr p. 1. c. 14. n. 14.* Menoch. *d.
præſ. num. 20.* [Mevius *P 5. dec. 326.*]*

N 3 Quæ-

8 Quæritur autem, an ſicut ipſa res ſit litigioſa, ita etiam a-
ctio realis litigioſa fiat, ita ut cedi non poſſit poſt citationem, &
videtur dicendum, actionem realem cedi poſſe poſt citatio-
nem, per tradita Panorm *in C. Eccleſia. num 7. X. ut lite penden-
te.* & Gvido Papæ *dec. 337. num 6.* Quia Jure antiquo res & a-
ctio realis efficiebatur litigioſa per ſolam litis conteſtationem,
quoad ipſam rem hoc eſt mutatum per Jus novum, quoad a-
ctionem nihil reperitur mutatum Sed communius & verius
eſt, actionem realem ipſam per citationem litigioſam fieri,
nam res fit litigioſa propter actionem. Ergo actio multo mo-
gis *arg Auth. Multo magis. C. de SS. Eccleſ.* Et novæ Leges ſtri-
ctè ſunt intelligendæ, ſed ita, ut vitetur abſurditas, & verſamur
hic in materia ceſſionis, quæ alias odioſa, & prohibitio ceſſio-
nis nominis in æquitate ipſa fundatas rationes habet, ut mox
9 dicam. Sed quia, ut dixi, per hypothecariam actionem res
non fit litigioſa, etiam poſt litem conteſtatam, Peregrinus *d. t.
6 n. 4.* exinde ſequitur, rem, ſuper qua ob hypothecam move-
tur actio, quoad proprietatem poſſe alienari, non tamen poſ-
ſeſſionem transferri, niſi judicium ſuſcipere ſit paratus. Peregr.
* *d. l. n. 4.* [Mev. *P. 5. dec 316*] Porro ſequitur, actionem hypo-
thecariam & poſſeſſoriam per litis conteſtationem fieri litigio-
ſam, Peregr *d. l. n. 6.* & ideo actio hypothecaria, vel remedi-
um poſſeſſorium non poteſt poſt litem conteſtatam cedi, licet
* res ipſa alienari poſſit. [DisT Lenz. *c. 19. memb. 1 num. 15.* exiſti-
mans, nullam adhibendam eſſe diſtinctionem, utrum actio inſti-
tuta principaliter tendat ad dominium vel quaſi, aut utrum
non de dominio, ſed de alio jure, ut ſit in actione confeſſoria,
negatoria, hypothecaria, principaliter contendatur, diverſum-
que eſſe, de re ipſa aut de actione quærere ex Hartm. Piſt. *P. 1. q.
40. n. 4*]

10 Ratio autem, cur Lex alienationem rei litigioſæ & ceſſio-
nem juris litigioſi prohibeat, eſt, quia (1) Lex præſumit, ceſſio-
nem hanc fieri animo exagitandi adverſarium. (2.) Mutato ad-
verſario, alterius cauſa ſæpe ſit durior. Et (3) alias nunquam
vel raro rem meam conſequi poſſem, ſi enim conveniam Ca-
jum, is poſſet poſſeſſionem vel jus ſuum transferre in Sejum,
& ſic

& ſic ſemper novum adverſatium adipiſcerer, & diverſis judi-
ciis, cum forte novus poſſeſſor alterius ſit fori, fatigarer. Natta
conſ. 2. num. 2. Klock. *de Ærario lib. 2. c. 125. num. 2. & ſeq.* Unde
periculoſa deprehenditur eorum opinio, qui hanc prohibitio-
nem in Gallia, alibique ſublatam putant deſvetudine, quos alle-
gat Chriſt. *l. 4. dec. 175. num. 12. & ſeq.* [Et tradit ipſe Paponius, re- *
quiri tamen Reſcriptum Principis: ſunt enim vero contradi-
ctoria, rem poſſe alienari, & opus eſſe Reſcripto peculiari, quod
cum cauſæ cognitione conjunctum ſit, quale requirit Paponius.
Vid Franzk. *l. 1. reſ. 11. num. 94.*] Et ſiquidem rem litigioſam 11
aut actionem litigioſam vendens, aut cedens una & emptor ſeu
Ceſſionarius vitii litigioſi ſit gnarus, uterque rei litigioſæ æſti-
mationem fiſco inferre tenetur, *l. ult. pr. C. de litig.* [Franzk. *d. l.* *
num. 109.] ſin Ceſſionarius ſit ignarus, cedens Ceſſionario, ut
decepto pretium ſive æſtimationem una cum tertia ejus parte
reſtituere tenetur.

Sed cui cedunt duæ reliquæ partes? Reſp. Doctores, eas
etiam fiſco deberi. Bald. *ad d. l. fin. num. 2.* Cujac. *in d. l. Cod cir-
ca finem.* Peregr. *d. l. num. 28.* Mynſ. *c. 1. Obſ 55. n. 6.* Klock. *de Æra-
rio lib. 2. c. 125. n. 1.* Peretz. *ad tit. de Litig n 6.* Quæ ſententia mihi
etiam placet, nam priori caſu, quando venditor & emptor ſcit
vitium litigioſi, minor malitia eſt venditoris, quia non fallit et-
iam emptorem. Sed ſi poſteriori caſu nihil ad fiſcum perveni-
ret, minus puniretur ex eo delicto, quod majus eſt. Nam pone,
rem litigioſam æſtimari 60. florenis, ſi emptor conſcius vitii,
recuperat rem venditor & reſtituit pretium emptori, hactenus
nulla pœna, ſed venditor præterea æſtimationem fiſco ſolvere
tenetur. Poſteriori caſu, ubi emptor ignorans emit, venditor
recuperat rem & reſtituit pretium, hacten us nulla pœna, ſed in
pœnam ſolvit emptori, quem feſellit, tertiam partem alterius
tanti, ſcil. 20. Sic ergo priori caſu pœna eſſet 60. flor. poſteriori
caſu 20. ubi tamen gravior dolus. Ergo ſi abſurditatem vitare ve-
limus, neceſſe eſt, ſtatuere, duas tertias æſtimationis ſeu alte-
rius tanti fiſco deberi, ut Doctores jam citati ſtatuunt. [Quod ſi *
ſolus emtor ſeu ceſſionarius ſcivit, venditor impune feret, Em-
tor æſtimationem ſive pretium præſtabit fiſco, venditori nihil,
quo-

quoniam rem litigioſam recipiens, non tam venditorem, quam ſe ipſum fefellit. *L. 16 §. 2. ff. de liberal. cauſ.* Vid. D. Thomæ *diſſ. de revocanda & punienda litigioſi alienatione, poſit. 12.* Franzk. *d. l. n. 110.* Si uterque ignoraverit, neutrum alteri aut fiſco pœnas luere manifeſtum eſt, D. Thomæ *d. diſſ. poſ. 13.* ſed rem ſimpliciter reſtituunt, cum ſi non Jure ff certe novo Jure alienatio ſit ipſo jure nulla Franzk. *l. 1. reſ. 11. n. 61. Add. n. 110.* Alienationis autem vox hic generaliter ſumitur pro quocunque actu, per quem dominium rei transfertur, etiam in conſequentiam. Conf. Franzk. *d. l. n. 64.* Et hæc ita de Jure Civ. De moribus hodiernis, ſunt, qui aſſerunt, plane nullum ſupereſſe uſum *tot. tit. Cod. de litigioſis.* Wiſſenb. *ad tit. de litig. th. 26.* & rem litigioſam vendi, permutari, obligari, aliisque modis transferri in alium poſſe, ita ut alienatio tantum in præjudicium tertii nulla dicatur, & ſententia in alienantem poſtea lata, adverſus rei litigioſæ poſſeſſorem executioni mandari poſſit, ſine novo Proceſſu, plur. Franzk. *l. 1. reſ. 11. n. 95. ſeqq.* Dn. Suëndend. *ad Fibig. p. 101.* neque huic tamen regreſſus adverſus venditorem vel alienantem denegetur, ut judicatum refert Richterus *ad Auth. Litigioſa res. C. de litigioſ. in f.* Pro nullitate tamen, ſi concedas pœnas alicubi ceſſare, facit tum præſumtio pro obſervantia Juris, tum præjudicia apud Richter. *d. l. n. 12.* ubi etiam ad reſtituendam rem cum fructibus perceptis & percipiendis condemnatum fuiſſe rei litigioſæ emtorem meminit, *n. 13.* Conf. Mev. *P. 8. dec. 308.*]

12. Sed declaratur prohibitio ſuperior, ut (1.) locum habeat lite durante, nam ſi lis per ſententiam vel transactionem ſopita, non amplius eſt litigioſa actio, ideoque eam bene cedi poſſe,
13 res ipſa docet. Hartm. Piſt. *d. qu. 40. n. 14.* Quod Matth. de Afflictis *lib. 2. Conſt. Neapolit. Rubr. 41. n. 15.* & Trentac. *lib. 2. tit. de judic. reſ. 17. n. 25.* etiam intelligunt, quando concluſum eſt in cauſa. Sed licet cognitio peracta ſit primæ inſtantiæ, non tamen lis plene eſt ſopita, ideoque tutius id negatur. Et ſane nondum lata ſententia, lis nondum finita, Ergo vitium litigioſi nondum purgatum, & quid ſi concluſio reſcindatur? Quid ſi a ſententia appelletur &c. Ideoque verius eſt, nec tum quidem cedi nomen poſſe in judicium deductum, quando ſententia

tia nondum tranſiit in rem judicatam. Sed ſi ſententia lata 14
tranſiit in rem judicatam, licet executio nondum facta, non
putarem rem litigioſam vel nomen litigioſum dici poſſe, licet
Menoch. *conſ. 838 n 18. & ſeq* contra Afflictum in alteram par-
tem excedere terminos videatur. Quod de inſtantiæ lapſu 15
H Piſt. *d l n. 14.* Afflict. *n 16.* Trentacinq. *n. 26.* habent, id no-
ſtris moribus non quadrat, quibus nulla (male tamen) inſtan-
tia labitur. [De abſolutione ab inſtantia cæteroqui, quæ con-
tingit, ſi emanſerit actor, certum eſt, eam tantiſper tollere viti-
um litigioſi, Franzk. *l. 1. reſ. 11. num 117. ſeq.* non æque ſi ob ine-
ptitudinem libelli ab obſervatione judicii reus ſit abſolvendus
Franzk. *d l num. 120.* unde notat Dn. Suendend. *ad Fibg. p 107.*
non ſimpliciter concedendum eſſe, quod actualis diſceptatio
forenſis & lis ſit formalis litigioſi ratio, ita, ut ea ſublata, viti-
um tollatur.]

(2.) Ex dictis declaratur, ut locum habeat, ſi lis ſit de ipſa 16
re, quæ alienanda eſt. Nam ſi de opere in fundo facto, vel
fructibus ejus, vel juribus incorporalibus fundo competenti-
bus, fundus ipſe quidem de quo primario non litigatur, omni-
no poteſt alienari vel actio ad fundum cedi. Afflict. *d. l in limit. 15 18 & 22.* Sed actio de operibus, fructibus vel jure aut ſer-
vitute cedi nequit. Trentac *l. 2. tit. de judic. reſ 17. n. 7.*

Sed limitatur ſuperior prohibitio tribus modis. 1. Ut res 17
litigioſa vel actio litigioſa cedi poſſit ob cauſam neceſſariam, nam
neceſſitas a dolo excuſat, *arg. L. Peto. 69. §. 1. de leg 2. L. 1. ff. de
fund. dot* v. g. ſi fiat ob ſumptus funerarios bona fide, per *L. Di-
vus. 5. ff. de pet. hered.* vel dotis cauſa fiat talis alienatio ſeu ceſ-
ſio, ſive cauſa donationis propter nuptias, *l. ult. in fine. C. de li-
tigioſis.* quia utriusque cauſa neceſſaria [Vid. D. Thomæ *diſſ. de
conceſſa litigioſi alienatione, poſit. 11.* eodem pertinet cauſa fa-
mis & alimentorum, Idem *poſit. 10.*] ſic quando heredes inter ſe
dividunt nomen litigioſum, & hoc fine ſibi mutuo cedunt ſua
jura in eo nomine, juxta *l. 2 §. f ff fam. herc.* valet hæc ceſſio,
dict. Nov. 112 c. 1. verſ. & hoc adjiciendum Idem in transactio-
ne, quæ diviſioni jungitur. Cujac. *ad tit. Cod de litig* Franzki-
us *d. l. n. 78.* [plur. Thomæ *diſſ. de conc. litig. alienat. poſ. 12.*]

18 2. Limita, niſi fiat conſenſu Judicis cognita cauſa, *arg. d. L. Divus. in fine pr. de petit. heredit.* Afflict. *in 11. limit.* Trentac *d. l. num 33* forte ſi manifeſto conſtet de non jure alterius ſeu adverſarii, & ſic intelligo Menochium *d. l n. 45.* & Franzkium *d. l num. 85.* Nam pars in ſua cauſa judicare nequit, an non jus adverſarii ſit notorium.

19 3. Limita, niſi in ultima voluntate ceſſio fiat, *d. l. ult. in fine C. de litigioſis.* quia meditatio mortis excludit præſumptionem fraudis, & exceptio litigioſi ad hoc genus alienationum non pertinet. Legatarius tamen, cui res litigioſa vel nomen litigioſum legatum eſt, litis eventum expectare debet, & ſiquidem vicerit heres, legatario ipſam rem evictam præſtare debet, ſin victus, nihil præſtabit, quia eventus litis legatus videtur, per *Auth. Nunc ſi heres. C. de Litigioſis. & Nov. 112. cap. 1.* [Alias cauſas, ex quibus permittitur litigioſæ quoque rei & actionis alienatio, recenſet D. Thomæ *cit. diſſ de conceſſa litigioſi alienatione.* velut ſi contractus ſit collatus in id tempus, quo vitium litigioſi deſierit, Guid. Pap. *q 337. n 4.* Add D. Thomæ *cit. diſſ Poſit 8* qui in *ſeq* plures enumerat cauſas, ut uſucapionem *poſ. 15.* &c. Alia cauſa eſt, quam tradit Mevius, & obtinere contendit, ſi ceſſus fuerit Proceſſus Executivus, *P. 6. dec 17.* Cujus rationibus hanc quoque addendam, quod in cauſis executivis ceſſet litis conteſtatio, *Dec. El 12.* per quam in perſonalibus rem fieri litigioſam ſupra dictum, tradit Dn. Suendend *ad Fibig. c. 2. §. 3. p. 106. in f.* ubi & reſpondet objectioni, quæ poterat moveri, quod in executivis recognitio habeatur pro litis conteſtatione, hanc enim comparationem non ubique procedere.]

20 Quod ad actiones certæ perſonæ datas attinet, notandum eſt, *quod conceditur perſonæ ut tali, non poſſe id cedi aliis, nec per ſe, nec per conſequentiam.* Quæ ergo actiones perſonæ dantur intuitu perſonæ, illæ non ceduntur, per *L. Cerdonem. 42. ff. de operis libert. L. Non ſolum. 67. § Si puella. 5. de ritu nupt. L. Ex pluribus. 42. ff. de adm tut. C. Privilegium perſonale. 8. de R. J. in 6.* Br. *in L. Etiam de jurejur.* Surd. *de alim. tit. 9. q. 22. num. 12 & 13*

21 Noalis *de transm caſ 23. n. 21.* [Alf de Olea *t. 3. q 1. num 3*] Eſt enim regula Doctorum *quod non poteſt tranſmitti ad heredes, id non*

qui

quæ poteſt cedi. [Ratio ejus regulæ eſt, quod, quæ in heredes & ſucceſſores univerſales non ſunt transmiſſibilia, multo minus poſſunt derivari ad ſucceſſorem ſingularem, qualis foret ceſſionarius, ſiquidem heres ampliſſimo jure fruitur, quo perſonam defuncti repræſentat, quod deeſt itidem ſucceſſori ſingulari, unde a majori hic ad minus licet colligere & ratiocinari Lenz. *c. 19 m. 2 n. 1. ſeq*] quam regulam negative procedere ajunt Doctores. [Lenz *c. 19 m. 2 n 20 & prec* neque obſtat exemplum uſusfructus, quo utitur Lauterb. *Coll. Theor. Pract. ad ff. tit de Her. vel act. vend. n 29.* nam id declarat regulam, quod de ceſſione non temporaria & ad dies vitæ, quam largiri licet in uſufructu, ſed vera & perpetua loquatur, qualis in exemplo uſusfructus nunquam deprehendi poterit, quod præterea nudam tantum commoditatem concedit.] non item affirmative, poſt alios Berl. *p. 2. dec 165. n 22.* licet & affirmative eam regulam recte alle- 22
get Cz. *p. 2 C 29. def. 3* [Affirmative procedere regulem, negat idem Lauterb. *c l* & Lenz. *c. l.* habetque pro falſa hanc propoſitionem *quod eſt transmiſſibile, illud eſt ceſſibile* ſed in caſibus pleriſque, quos adducit *n 67 ſeq.* ratio eſt ſpecialis, quæ producet exceptiones a regula, non ipſam regulam nullius momenti efficiet. Et ratio ejus manifeſta eſt, quia quodcunque per teſtamentum transferri poteſt, poterit etiam transferri per actum inter vivos, qualis eſt ceſſio Vid. exempla *inf. n. 33 & n 69.* Res litigioſæ ergo, & fideicommiſſum univerſale pertinebunt ad exceptiones. Intelligendi autem hæc in regula heredes in genere ſunt, h. e. non tantum conſanguinei, ſed & quilibet extranei, atque ſic intelligenda regula: Quodcunque jus ad heredes non tantum conſanguineos, ſed quosvis extraneos transmiſſibile eſt, illud erit quoque ceſſibile. *arg. L. 42. ff. de adm. & peric tut.* Si ergo jus quoddam ſangvini cohæreat, non poterit cedi extraneo, cum in hoc deficiat qualitas ſanguinis & proximitas. Vid inf. exemplum *n 32* Firmat hanc regulam egregie, atque eodem modo conceptam defendit & illuſtrat Alf. ab Olea *Tit 3 q 8 n. 4.* ubi *n. 30.* notabilem ſubjicit quoque regulæ declarationem, quod nempe ſufficiat, ut regula ſibi conſtet, omnem actionem, quæ transmiſſibilis eſt ad heredes extraneos, quoad utilitatem plenam eſſe ceſ-

 ſibilem

ſibilem, & in ceſſionarium transferri, licet quædam ſubtilis ratio Juris obſtet, quæ ipſam actionem, quatenus ſpecifice competit cedenti, eodem modo ceſſionario dari prohibeat: quod pertinebit ad retundendam objectionem a non transmiſſibilitate actionis directæ, quam tantopere urget Lenz. *d. l.* depromtam. Add. Franzk *l. 1. reſ 14. n. 7. & n. 49.* De cætero illam propoſitionem e diverſo deſumtam, quod omne ceſſibile ſit etiam transmiſſibile, largitur & probat etiam Lenz. *d. l. n. 15. 16.* Ut ſic omnia, quæ per ceſſionem transferuntur, & quorum ceſſio poſt mortem etiam cedentis in futurum prodeſt, ad heredes etiam recte transmittantur, cum facilior favorabiliorque ſit translatio per ſucceſſionem univerſalem, quam particularem, Lenz. *d. l.* Olea *d. l. num. 2.* Tali vero nemo adhuc uſus eſt univerſali propoſitione, quod quicquid non eſt ceſſibile, nec ſit transmiſſibile, quam & rejicit Lenz. *d. c. 19. memb 2. num. 5.*] Ut autem ſciatur, quænam actiones ac jura deferantur perſonæ, quæ rei, attendendum eſt, non ad ſubjectum aut terminum actionis, quia omnes, quæ ex contractu dantur actiones, perſonæ tribuuntur, ſed attendendum eſt ad cauſam, cur tribuatur, Petr Barboſa *in L. Quia tale. 14. n. 3. & ſeqq.* & ad modum, qui ex qua-
* litate perſonæ ſumitur, quod exemplis declarandum eſt. [Adeoque licet jus perſonale cedi non poſſit, id tamen de jure mere perſonali & ſimpliciter perſonæ cohærente intelligendum eſt, quoties vero jus aliquod inhæret perſonæ propter rem, eſt quoque ceſſibile. Vultej. *inter Conſ. Marpurg. vol. 3. conſ. 21, n. 233.*]

23 Sic (1.) quod a Principe privilegii loco tribuitur, id aliis cedi nequit. V. g. jus ex Reſcripto competens, *c. fin. X. de Re-*
* *ſcriptis.* Tiraqu de *Retr. conſang. § 26 gl. 1 num. 45* [Quamvis quis omnia ſua jura & bona cedat, Lenz. *c. 20. m. 1. num. 6* nam ultra Principis & concedentis mentem non extendendum Reſcriptum ulla ratione Conf tamen Olea *c. 3. q. 1. num 28. ſeqq.*] Sic quæ meri imperii ſunt, Magiſtratibus olim ſpecialiter, conſiderata induſtria perſonæ, concedebantur, ideoque non poterant ab his aliis mandari vel cedi, *l. 1. ff de offic. ejus, cui mandata. L. Nemo poteſt. 70. de R. J.* licet Jure Canonico ſecus & moribus

noſtris

noſtris. *C. Quod ſedem. 10. X. de off. judic. ordin.* quia hodie merum imperium cum jurisdictione tranſit. Rittersh. *l. 5. different. Juris Civ. & Can. c. 6.* Sed de eo alibi.

24 Sic (2.) Operæ officiales, quas debet patrono libertus, patronus aliis cedere non poteſt, *l. 9 ff. de operis lib.* ſecus autem in artificialibus, & fabrilibus. *d. l. 9. & l. 27. ff. eodem.* Ratio eſt, quia officiales operæ debentur propter reverentiam perſonæ debitam, in fabrilibus autem diverſum placuit, quia patronus ipſe non ſemper indiget operis fabrilibus. *d. l. 27* [Vid. plur Aif. de Olea *t. 3. q. 6. n. 13 ſeqq.* Unde & deducitur jus vaſallagii, quod dominis in vaſallos competit, cedi non poſſe, quippe cum vaſallorum ſervitia in obſequio, reverentia, aut officiis perſonæ domini exhibendis conſiſtant, vid. Olea *d. l. n. 23. ſeq.* atque hoc invito vaſallo; ſunt tamen qui diſtinctione hic utuntur & feudi dominum non quidem in minorem, bene tamen in majorem, jus vaſallagii transferre poſſe credunt, quos refert Lenz. *c. 20. m 6. num. 7. ſeqq.* de qua tamen non immerito dubitare licet.]

25 Sic (3.) Canonicatus ſive præbenda non poteſt reſignari, & alteri cedi, præſertim accepta pecunia, quia Simoniæ delictum incurreret *C. Si quis dator. 2. c. 1. qu. 3 C. Tua nos. 34. X. de Simonia. C. Quod in dubiis. 8. X. de Renunc.* Finckelthaus *de jure patron. c. 6. n. 37*

26 (4.) Nec jus percipiendi alimenta futura cedi poteſt, Joh. Pet. Surdus *tr. de alimentis, tit. 8 priv. 55. n. 4 & tit. 9. q. 22 n. 13.* Mart. Colerus *de alim. l. 2 c. 8. n. 36.* quia promittuntur vel relinquuntur perſonæ, intuitu perſonæ, *l. 57. §. 1. ff. de uſufr.* & ceſſis alimentis, ille, cui relicta ſunt, mendicare tenetur, vid. Dd. *in l. 8 pr. ff. de tranſact.* & alimenta pro ratione perſonæ variant, neque una & conformis omnium eſt indigentia [Accedit, quod jus alimentorum futurorum ad heredes etiam univerſales non ſit tranſitorium, dum conſtat, alimenta finiri cum vita, *L. Cum hi 8. §. Modus. in fin. ff. de tranſact. L. 3. L. 14 ff. de alim & cibar. legat.* igitur ex regula ſuperiori nec ceſſione poteruot transferri in alios. Vid. Lenz. *c. 20. memb 2* Olea *t. 3 q 12. n. 3.*] Ex dictis 27 ergo patet, alimenta præterita, quorum quantitas ex præterito

 vitæ

vitæ genere certa eſſe poteſt, omnino cedi poſſe, & futura etiam poſſe cedi, ſi habeant certam quantitatem v. gr. centum pro alimentis, vel ſi futura etiam cedat debitor ſuo creditori ex neceſſitate Juris. Quas exceptiones tradunt Coler *de Alim lib. 2. c. 8. n. 67. ſeqq.* Joh. Petr. Surdus *de Alim. tit. 8. priv. 55.*
* *n. 10. & ſeqq.* Salgado *in Labyr. lib. 1. c. 26. n. 42. & ſeqq.* [Olea *d. l. & qu. 8. n. 29.*] Sed quod de futuris jam dictum, non de alimentis in teſtamento relictis intelligo, niſi Prætoris conſenſus accedat.

28 (5) Sic cui uſus ædium legatus eſt, non poteſt actionem hanc pro uſu ædium competentem, alii cedere, quia perſonæ tribuitur intuitu perſonæ. *§. 1. l. de uſu & habit.* Sed cur diverſum in habitatione? *§. penult. l. de uſu & habitat.* Reſp. id non ex ratione juris, ſed propter rerum utilitatem & ob favorem ultimarum voluntatum ſpecialiter placuiſſe. [Conf. Olea *t. 3. q. 1. n. 16. ſeqq.*]

29 (6) Cedi nequit jus prælationis, quod in jure emphyteutico & meliorationibus emphytheuticis fundi habet dominus, ut ſcil. emphyteuta illa vendere volens, offerre teneatur domino, per *l. fin. C. de jure emphyt.* Cum enim ab illo cauſam habeat emphyteuta, juſtum eſt, illum reliquis anteponi, per *l. 1. C. de metallariis.* Coraſius *in d. l. ult. n. 11.* Idem in jure prælationis, quod competit domino, ut in emptione fructuum colonis extraneo præferatur. Surdus *conſ. 205. n. 12* Steph Gratianus *Tom. 1. diſcept. forens. c. 117. n. 18.* Sic ob eandem rationem conſtitutum, ut metallarius ſuam metalli partem, fiſco potius, quam alteri vendere teneatur. *d. L. 1.* Sed jus illud prælationis & hinc nata actio revocatoria cedi a domino alteri nequit, poſt Guid.
* Papæ *dec. 411.* Sande *d. c. 5. n. 33.* [pluribusque Olea *t. 3. q. 2. n. 21. ſeq.*] Ratio eſt, quia domino datur intuitu beneficii ab hoc præſtiti, & exorbitat etiam hoc jus a jure communi, per *L. Dudum*
30 *C. de contr. empt.* Sed intelligo hoc, ſi ipſum hoc jus prælationis per ſe cedatur, ſecus eſt, ſi dominus ipſum dominium ſuum transferat, tunc enim etiam hoc jus in conſequentiam ſimul
* transferri poſſe, rationis eſt. [Quam ſententiam probat etiam multis Alf. de Olea *t. 3. q. 2. n. 39. ſeqq.*] Nam nullibi dicitur in

Jure

Jure noſtro, dominum non poſſe jus ſuum directum alienare, ſed contrarium ex regula potius colligitur, quæ habetur *in L. In re mandata. C. Mandati* cujus talis exceptio nullibi extat. Et rationes, quæ impediunt, quo minus emphyteuta alienare poſſit, ſcil. ne inidoneum ſubſtituat, qui forte canonem non ſolvat, vel etiam fundum deterioret, & quia dominus habet jus protimiſeos, hæ, inquam, in contrario caſu non militant, & ita ſentiunt recte Boer. *dec. 107. n. 1.* Vinc. de Franch. *dec. 17. n. 8* Carpz. *p. 2 Juriſpr. For. Conſt. 39. def. 10* H Piſt. *p. 3. q. 22. n. 17.* Licet autem dubitet Camillus Borellus *Tomo 1. dec. tit. 33. n. 404.* quia dominus & emphyteuta ſibi utrinque ſint obligati, hæc tamen ratio non concludit, quia & locator & conductor ſibi ſunt obligati, & tamen ille rem ſuam poteſt alienare, & quidem cum præjudicio conductoris, quod hic non fit. Sed domini feudi alia ratio, 31
quia ibi utrinque obligatio mutua, ita ut ex quibus cauſis vaſallus amittit, amittat etiam dominus &c. & dominus & vaſallus ad paria judicantur. *C. 1. de forma fidelitatis*, de quo Roſenth. *de feudis c. 9 concl. 62.* Concludo igitur, dominum directum jus prælationis cedere ſeparatim non poſſe, cum dominio vero poſſe Sed dominum feudi ſua jura, nec ſeparatim, nec per univerſitatem cedere poſſe.

(7) Retractus conſangvinitatis ſeu jus linearium ſive protimiſeos, competens conſangvineis, extraneis cedi nequit, poſt 32
Tiraq. Pingizer. *q. 30.* Berl. *p. 2. concl. 39. n. 51.* Ben Carpz. *p. 2. C. 31. def. 19. & alii ab his citati.* Ratio eſt, quia hoc jus protimiſeos hunc in finem introductum eſt, ut bona conſerventur in familia, quæ ratio in extraneo verificari nequit. Carpz. *d. l.* [Ceſſio autem non poteſt fieri in eum, qui non habet qualitatem cedentis. Brun. *conſil. 30. n. 22.* Et in hac materia communem regulam ſuppeditat Reinking *de retractu conſ. qu. 2. num. 548.* Quod, quoties jus retrahendi competat perſonæ, non ex pacto, & ſic de Jure communi, ſed da Jure ſpeciali, ex ſtatuto vel conſuetudine, contra communis Juris regulas, habendo ſpecialem reſpectum ad ipſum perſonam, prout in retractu conſanguinitatis fieri videmus, ubi reſpicitur perſona ejus, qui eſt de familia, ut res penes eam & in familia conſervetur, toties cedi

di non poſſit. Tuſchus *Pract. concluſ. 212. n. 10. lit. C. verb. ceſſio*] Et hinc apparet, cedi poſſe agnato proxime ſequenti Berl. *d. ſ. n. 50.* [Reinkingius *de retract. qu. 2. n. 556.* qui & exceptiones remiſſive tractat. Add Olea *t. 3. q. 1.*] Quo pertinet exemplum ex *libro Ruth. c. 4.* quo tamen caſu temere proximo ſuo juri renunciante, ſequens jure ſuo, non ceſſionis jure, uſus eſt jure
33 protimiſeos Sed aliud in retractu conventionali, ſeu in pacto de retrovendendo, de quo in *L. Quæ Romæ 122. §. 3. ff. de V. O.* quod intuitu perſonarum vel familiæ non competit, Ergo cedi poteſt, ſicut concludit Trentacinq *libr. 3. reſ. 10 tit. de emt. n. 5. plures allegans*, Berl. *d. l. n. 52.* Carpz. *P. 2. C. 32. d. 20.* [Reinking. *de ret. conſ. q. 2. n. f.*] niſi ſcil. hoc actum, ut ſolus paciſcens habeat jus redimendi Trentac. *d. l. n. 6.* Zoanettus *de emt. & vend. ſub pacto n. 15.* Sed nec jus redimendi ex contractu competens cedi poſſe, videtur velle Menochius *conſ. 623 per totum*, & Ti-
34 raq. *de Retr. d. §. 26. gl. 3. num. 45.* Sed quamvis nonnulla argumenta Menochii generaliter poſſint intelligi, loquitur tamen de ſpeciali caſu, v. g. vendiderat Meda Beccariæ prædium cum hoc pacto, ut Medæ liceret intra 12. annos redimere fundum, fundo redempto, Meda non poſſit eum extraneo vendere, ſed Beccariæ prius offerre ipſum debere. Meda autem ſuum jus redimendi cedit Franciſco mercatori. Hic Beccaria agit ex pacto, quia ſi Franciſcus redimeret, poſterioris pacti caſus contingeret, nam ſic reipſa Meda redimeret per Franciſcum & Franciſco extraneo venderet fundum, contra pactum Franciſcus autem prius pactum urgebat Hic non difficulter tranſirem in
35 ſententiam Menochii Nec adverſus nobis Tiraquellus. Nam Tiraq. *dicto loco* præſupponit, Pariſiis receptum eſſe jus redimendi conſangvinitatis, & ſi duo concurrerent, ſcilicet cognatus & venditor, qui cum pacto retrovenditionis vendidit, venditorem præferri, ſed eum, cui a venditore jus hoc donatum, cognato non præferri, quia donatio facta videtur in fraudem cognatorum, quod nunc non perquiro, ſufficit eum de
36 ſpeciali caſu loqui. Illud vero ſubtilius, non tamen iniquum, quod *n. ſeq.* ſubjicit Tiraq. ſi venditor ceſſiſſet per venditionem illud jus prælationis, quod tunc cognatus debeat vel rem re-

vende-

vendere, vel ſolvere æſtimationem illius pacti de retrovendendo, quod videtur pars pretii, nam ob hoc ipſum, dum res hoc pacto venditur, venditur vilius, ideoque hoc pactum videtur partem pretii deminuere, quæ portio juſti pretii æſtimabilis eſt, & ideo ceſſionario reſtituenda. Ex quo patet, Tiraquellum ibidem non negare jus illud prælationis cedi poſſe. Sed cum 37
aliæ ſpecies ſint retractus, ut ex jure ſocietatis vel potius communionis in re, de quo Retractu Molina *de J. & J. tr. 2. d. 371.* Berlich *p. 2. concl. 39. n. 11.* Klock *vol. 2. conſ. 24. n. 31. & ſeq.* qui retractus tamen potius in æquitate, quam in Jure ſubſiſtit Guido Papæ *qu. 780.* Hippol. de Marſil. *ſing. 441.* Item Retractus jure vicinitatis, quo in emptione vicinus extraneo præfertur, per *l. un. C. non licere habitatoribus metrocomiæ loca ſua ad extraneum transferre*, de quo retractu Rauchbarus *p. 1. q. 43. n. 22.* Berlich. *p. 2. concl. 39. n. 6.* Fabianus de Monte *in tr. de emptione q. 3. princ. q. 28. num. 41.* Aliud jus retractus etiam in fructibus a colono venditis, ubi dominus habet privilegium primæ emptionis, de quo Covar. *lib. 3. reſ. c. 14. num. 6.* Gratianus *tomo 1. diſcept. c. 149.* Surdus *de Alimentis tit. 1. q. 93. n. 14.* De his quæritur, an & hi cedi poſſint? Et puto, quia hi retractus non ratione perſonæ competunt, ſed propter rem, i. e. fundum communem vel vicinum vel proprietatem, cedi poſſe talem retractum, ſed non ſine prædio, ob quod retractus competit. Ratio prioris eſt, quia non ad perſonam reſtrictum hoc jus, ergo cedi poteſt: Ratio poſterioris eſt, quia datur propter rem, Ergo non niſi cum re tranſit. V. gr. Habeo vicinum agrum tuo agro, quem vis vendere, nolo uti hoc jure, non poſſum cedere ſine fundo, ſed ſi re integra vendam illum fundum, ob quem mihi retractus competit, poterit emptor retrahere fundum, a te venditum, non tam ex ceſſione, quam ob fundum vicinum, quem jam habet. Eadem ratio in retractu ex communione & dominio directo, & ita ſentire videtur Roſenthal *de feudis, c. 9. memb. 2. concl. 92. n. 4.* Sic creditor, cui major pars debetur crediti, 38
habet jus protimiſeos in re, quæ ſub haſta venditur, cæteris paribus, per *l. 16. ff. de rebus auctoritate Judicis poſſidendis.* Hoc jus retractus competit creditori, ſed non ob perſonam vel qua-

 lita-

litatem perſonæ, ſed ob creditum. Ergo transferri & cedi poteſt, non ſine credito tamen, ſed ſi ipſum creditum cæteris creditis majus cedat alteri totum, ceſſionarius jam in addicendi re vincet alios, non tam vi ceſſionis, quam majoris crediti, quod in ceſſionarium cum iſto privilegio reali tranſit, præſertim cum multa per ſe cedi vix poſſint, quæ cum alio tranſeunt. *L. 61. de Adquir rerum dominio. L. 24 de contrah empt*

39 (8) *Omnis facultas perſona conceſſa eidem cohæret, ideoque nec in heredem, nec in ceſſionarium tranſire poteſt* · per *L. 4. ff de uſu & habitat L. pen ff. de ſervit leg L Cum quis 55. & L. Centeſimis 46 §. 1. & 2 ff. de verb. obl* Menoch *conſ 101. num. 20* & hoc pluribus locis inculcat Franc. Salgado. *in Labyr. p. 2 c. 4 n 13. & p 2. cap 9. num. 36 & cap. 10. num 67.* ubi notanter dicit, omnem conceſſionem, quæ ad factum refertur, cenſeri perſona-
40 lem. Et ſic facultas conceſſa poſſeſſori majoratus ad alienandum vel hypothecandum, ſi ea in vita uſus non ſit, non tranſit in heredem, & ſic neque in ceſſionarium Molina *de primogen. l. 4. c 5. num 37.* & Molina Theologus *de J. & J. d. 636. num 5.* &
* Salgado *d. c. 10. n. 65. & ſeqq.* [Conf Olea *t. 3 q 4.*] Sic facul-
41 tas eligendi cedi nequit, per *l. 76. ff. de V. O.* Tiraq. *d. §. 26 gl. n. 67.* quia alius aliter eligeret, transmittitur tamen obligatio ad
* heredes, & ſic etiam electio, per *d. l. 76. & ibi* Acc. [Olea *de ceſſ. jur. t 3. q. 1 n. 32. ſeqq* diſtinguit aut jus eligendi competere jure proprio, & ad proprium commodum & utilitatem, veluti quando ex contractu aut legato *mihi* competit electio, & tum omnino cedi poſſe, ſicut transmitti poteſt ad heredem: aut jus eligendi conceſſum eſſe ad alterius utilitatem, ut ſi teſtator commiſerit alicui, ut ex certis perſonis aliquem eligeret, vel nominaret ad ſucceſſionem alicujus majoratus &c. & tum facultatem iſtam cedi non poſſe, quod perſonæ induſtria electa, *num. 49.* De jure optionis, quod ex Jure Saxon. communi, filio natu minori, in dividenda hereditate, competit, vulgo Kührgerechtigkeit/ LandR. *l. 3. art. 29. Conſt. Sax. P. 3. c. 15.* certum eſt, cum ratione ætatis competat, adeoque mere perſonale ſit, non tranſire ad heredes, *d. c. 15. P 3.* Carpz *ibid. def 29. & def. 13. d. c. 15.* atque ſic nec poſſe cedi, per regulam ſupra traditam, conf.

Lenz.

Lenz. *cap 20 membr 3. num 5 6 ſeqq.* qui idem de jure optionis
conſvetudine Saxon & in Electoratu Brandenburg viduæ
poſt obitum mariti competente, quo vel dotem illatam vel
certam ex bonis mariti prædefuncti portionem eligere po-
teſt, aſſerit *n 4.* nam nec hoc ad heredes extraneos transmitti,
certum eſt, Carpzov *P 3 c 20 def 42* ne quidem ſi aſcendentes
vel collaterales ſint, Carpz *d. l.* etſi liberis tamen viduæ, ac ne-
potibus non denegatur, Carpz *d. l. def. 41*] Sic ſervus, qui ſibi 42
ire licere ſtipulatus eſt, hoc ſolus facere poteſt, non poteſt alii
cedere. *§ 1 I. de ſtipul ſerv.* Et quoties facultas facti perſonæ,
intuitu perſonæ data eſt, toties ea cedi nequit, *arg C fin de po-
teſt. & off. judic delrg L un § Ne autem 9 & ibi* Bl. *n. 1 C. de Cad.
toll.* Mart. Col. *de Aliment. lib. 2. cap 8 n 63 verſ ego præterea.*
Sed per conſequentiam facultas facti cedi poteſt v. g. ſi cedam 43
obligationem, qua mihi licentia data propria autoritate ingre-
diend. bona debitoris Alex. Immola, *in l 1. §. ult per illum tex-
tum ff. de novi operis nunc.* Ang. *in §. Actionum autem. n. 18. I. de
act.* Sic quando debitum aliquod ceditur, ceſſa videtur ſimul 44
facultas executionis paratæ, ita ut ceſſionarius non minus,
quam ipſe cedens iſta clauſula inſtrumenti executiva, item illis
clauſulis, quod creditor facultatem habiturus ſit propria autho-
ritate occupandi bona debitoris vel arreſtandi, detinendi res
ejus vel perſonam ipſam, & ſimilibus uti poſſit, ut Doctores ſta-
tuunt communiter, per *l. 1. §. fin ff de novo operis nunc. & ibi* Bart.
Neguz. *de pign p 4 princ. n. 21.* Colerus *de proceſſ execut p 2, c 2.
num. 25.* Et ſtatuta, quæ ex aliquo inſtrumento paratam execu- 45
tionem pollicentur, non tantum de ipſo creditore, ſed etiam
ceſſionario intelligenda, Col. *d l n. 29* [Vid *inf n 79. ſeq*] Sic*
quando dominus vaſallo facultatem dat alienandi, diſtrahendi,
dividendi &c. diligenter attendendum, an detur facultas ob
rem, an ob qualitatem & favorem perſonæ, ut illo caſu in ceſ-
ſionarium tranſire poſſit, hoc caſu non, per tradita Roſenth *de
feudis, c 9 memb. 1 concl. 59. n 8 & ſeq.* Ergo quando facultas datur
perſonæ & intuitu perſonæ, non poteſt tranſire per ceſſionem,
ſed ſi datur ob rem, ut quando facultatem dat debitor creditori
ingrediendi, vel dominus facit feudum alienabile, tunc cum

re tranſire poteſt, ſecus ſi perſonæ detur. Exinde etiam mihi probabilis videtur ſententia, quod debitum, conſenſu domini munitum, cedi poſſit, nam in dubio conſenſus non intuitu perſonæ creditoris, ſed intuitu pecuniæ debitæ præbitus videtur.

46 (9.) Jus fideicommiſſi univerſalis alteri a fideicommiſſario ante reſtitutionem cedi nequit, per *L. Si mulier. 59. §. Ex aſſe. ff. de jure dot.* quem textum ita poſt *Br.* intelligunt Anton. Rubeus *in L. Hoc edicto. § Morte. ff. de operis novi nunciat.* Jacobus de Nigro *in L. Per omnia n. 65. de Leg. 1* Marcus Antonius Peregrinus *tr. de fideicomm. art. 31. num. 30.* Tiraq. *de Retr. conſanguin. § 26 gl. 1. n. 52.* Cœpolla *caut. 140.* Molinæus *conſ 1. n. 5. & ſeqq.* Surdus *de Aliment. tit 6. q. 22. n. 32.* Vinc. Fuſarius *de Subſtit. q. 524. per totam.* [Lenz. *c 20. memb. 1. n. 1. ſeq.*] Ratio ejus eſt, ne alio modo alii perſonæ reſtitutio fiat, quam cui teſtator voluit. Rubeus *d. l & Ant. Fab. conject. juris civ. l. 5. c 7.* Nicol. Noalis *tr. de transmiſſ. caſ. 2 num. 32.* Et quia reſtitutio fideicommiſſi continet actiones activas & paſſivas ab oſſibus alias inſeparabi-
47 les. *L. 1. pr. ff. ad Trebell. L. 2. C. de hered. vendita.* Et quamvis Molinæus *d. conſ 1 n 6.* omnes errare dicat, quia aliud eſt formalis reſtitutio fideicommiſſi univerſalis ſecundum formam SCti, quæ non poteſt alii perſonæ fieri, aliud cedere: ad illud requiritur, ut fiat reſtitutio ei, cui teſtator voluit ob eum finem, ut omnia jura activa & paſſiva in fideicommiſſarium transferantur, ſed interim cedi poſſe putat. Sed quo effectu facta ceſſio, niſi agere ex ea ceſſionarius poſſet? Sed agere non poteſt, ut ſibi fiat reſtitutio, ideoque ceſſio quoad heredem
48 compellendum fruſtranea videtur. Alia autem conſideratio poterat moveri contra communem intellectum, quod Marcellus loquatur de vera debitoris delegatione, dum & delegatio nominatur, & requiſita delegationis habentur, quod heres juſſu fideicommiſſariæ marito promiſerit. Ideoque alia ratio videtur eſſe delegationis, alia ceſſionis. Nam agitur etiam de juribus paſſivis transferendis *in d. §. Ex aſſe.* Sed reſponderi poteſt, nec ceſſionem hic fieri poſſe eo effectu, ut heres liberetur, nam ſicut cedendo hereditatem heres, qui adiit, jura paſſiva non transfert, ſed ea manent penes heredem vendentem, per *d. l. 2. C.*

de

de Hered vendita. ita ſi ceſſio hæc fideicommiſſi valeret, jura
paſſiva manerent penes fideicommiſſarium, ſed hoc non voluit
fideicommiſſarius, quia omnibus oneribus ſe exonerare vo-
luit, dum jus fideicommiſſi transferre voluit. Concludo igitur;
Hactenus quidem cedi poſſe univerſale fideicommiſſum, ut in- 49
ter ceſſionarium & cedentem non ſit invalide hæc ceſſio, ſed
ceſſionarius heredem compellere non poteſt vi ceſſionis, ut ſi-
bi reſtituat hereditatem. Et ſic fideicommiſſarius debebit agere
contra heredem gravatum, ut ſibi reſtituat, quod reſtitutum
præſtabit fideicommiſſarius ceſſionario, ut videtur velle Cagn.
in L. 2. C. de pact. inter empt. n. 20. & Fuſar. *d. l. n. 13.* Quamvis au- 50
tem ſimplici procuratori poſſit reſtitui, per *L. Reſtituta 37. pr. ff.
ad SCt. Trebell.* unde poſt alios concludit Joh. a Sande *d. c. 5. n. 26. &*
Ant. Fab. *l. 6. Cod. t. 25. d. 7. n. 8.* [Idem tradit Olea *t. 3. q. 8.* qui *n. 11.* 51
contendit fideicommiſſum etiam univerſale ſicut cedi, ita &
vendi poſſe, dummodo ex perſona fideicommiſſarii cedentis re-
ſtitutio petatur.] Ceſſionarium eſſe audiendum, ſi velit ut
ſimplex procurator admitti, de hoc tamen dubito, nam aliud
eſt ceſſio, & aliud mandatum ſimplex, & ſi ſimplici procuratori
fiat reſtitutio, adquiruntur actiones domino vel fideicommiſ-
ſario, *d. l. 37 pr. ff. ad SCt. Treb.* atqui fideicommiſſarius hoc noluit,
eum ceſſionem faceret. Nam fideicommiſſarius cedendo non
voluit tantum activa, ſed & paſſiva nomina in ceſſionarium
transferre, ſed hoc non potuit per Legem Et poſſet hæc res mul-
tis litigiis præbere occaſionem. Securius igitur faciet gravatus, ſi
ſimplex mandatum requirat, præſertim cum regula Doctorum
ſit, quod in his caſibus, in quibus prohibita eſt ceſſio, non poſſit
ceſſionarius agere, uti ſimplex procurator. Alex. *ad L. Juris gen-
tium. 7 §. Prætor ait. in fine ff. de pact.* Carpanus *ad Stat. Mediol. p. 1.* 52
c. 446 n. 31. Neque hoc, quod de fideicommiſſo dictum, per *Nov. 1.*
eſt abrogatum, ut recte A. Faber. *l. 5. conject. c. 7.* Nam Juſtinia-
nus *in d. Nov. 1. cap. 2* hoc tantum conſtituit, ut ſi hereditatem
adire heres nolit, liceat adire fideicommiſſario, neque opus ha-
beat expectare reſtitutionem e manu heredis gravati. Sed eo
caſu, quo hereditatem ſponte adiit heres, & reſtituere vult, ni-
hil mutavit Juſtinianus. Ant. Fab. *d. l.* Particulare ſane fideicom- 53

miſſum etiam non agnitum cedi poteſt, Nic. Noalis *de tranſmiſſ. caſ. 2 n 13* Peregrinus *d art 31. n 31.* Fuſarius *d l n 6.* nam in his non militat eadem ratio, cum in fideicommiſſarium ſingularem non tranſeant jura paſſiva, ergo nulla hic reperitur ratio, quæ impediat, quo minus hæc reſtitutio ceſſionario fieri poſſit.
53 Singularia enim fideicommiſſa legatis exæquata. Univerſalia autem fideicommiſſa reſt tuta & agnita cedi poſſunt, per *tit. de hered. vendita.* Peregr *de fideicommiſſ. art. 31 n. 34* Vinc Fuſar *d. q. 524 n 5* [De fideicommiſſo familiæ judicium per ſe conſtat, quod non poſſit aliis extraneis, & qui non ſunt de familia, cedi, bene tamen alicui ſucceſſori de familia, perinde ut in retractu conſanguinitatis ſupra oſtenſum, nam ratio eadem eſt. Conſ. Knipſchild *de fideicomm famil illuſtr cap 11 n. 85 ſeq*]
54 (10.) Jus adeundi hereditatem vel ſeſe immiſcendi non poteſt cedi, ita ut ceſſionarius habeatur, ac ſi eſſet heres inſtitutus vel legitimus Tiraqu. *d § 26 gl 1. n 49* Peregrinus *de fideicomm. art. 2. n 52.* Nic. Noalis *tr. de tranſmiſſ c 8 num 1 & 146.* Menoch. *conſ 101 n. 19. & ſeq.* Ratio eſt, licet enim adita hereditas cedi poſſet, non poteſt tamen heres ita a ſe abdicare nomen heredis, ut non ipſe, ſed ceſſionarius conveniatur a creditoribus. *l 2 C. de hereditate vendita.* & jus adeundi eſt inſeparabile a perſona heredis, *d l. 59 § 1 ff de jure dot. Bl conſ 358 n. 2.* & jus adeundi eſt facultas facta a Lege ſoli heredi Menoch. *d l.* nam adire hereditatem nemo poteſt, niſi cui eſt delata, *l. 21 §. 2. l 70 ff de adquir. hered. l 8 & 9 C eodem*, & non cenſetur in bonis eſſe. *arg. L. Rem in*
55 *bonis 52. ff de adquir rerum domin.* Et ob eandem rationem jus bonorum poſſeſſionem agnoſcendi vel admittendi, cedi non poteſt; Tiraqu. *d. l n 47.* Nic Noalis *d. c. 8 n 8.* quia perſonale eſt, nec ad heredem tranſmittitur, *L. 3. §. Adquirere. 7. ff de bonorum poſſeſſ.* quod autem ad heredem non tranſmittitur, nec cedi po-
* teſt *L Ex pluribus. 42 ff. de adm tut.* [Hereditatis tamen petitionem cedere licet, differunt enim hæc. Vid. Lenz *c. 14. n 4 n 1. ſeq*]
56 (11.) Publica judicia & populares actiones cedi non poſſunt, *arg. l 5. de popul. act. & l pen ff. de publ judic* quia non ſunt in bonis, cum publicam quis perſequatur vindictam, niſi id per ſtatutum concedatur, ut in Pomerania, ubi licet liberis, fratribus,

tribus, patribus cedere actiones criminales, ſcil. ſi cedentis interſit. Vide Hering *cap 5 de fidej n. 267* [Lenz *c. 20 memb. 9*]

(12.) Injuriarum actionem civilem cedi poſſe, licet com- 57
muniter placeat per tradita Farinacii *part. 3 q. 105. n. 208.* verius tamen videtur contrarium, quod tradunt Joh a Graſſis. *d. tr. §. 3. n. 1.* Jacobus de Arena *n. 60. &* Joh. a Sande *c. 5. n. 11* [Lenz. *c. 20. memb. 8.* & remiſſive Olea *t. 3. miſcellan. p. 179. n. 1.* multo ergo minus cedi poterit actio injuriarum criminalis, ut oſtendit & probat Lenz. *c. 20. memb. 9.*] quod ante litis conteſtationem non computetur in bonis. *L. Injuriarum. 28. ff. de injuriis. L. Pœnales 32. pr. ff. ad L. Falc.* Unde nec in heredem transmittitur, & quamvis Br. *in d. L 28.* reſpondeat, non eſſe eam in bonis quoad transmiſſionem, bene tamen quoad ceſſionem, principium tamen ſic petitur, quia odioſior eſt ceſſio transmiſſione. Poſt litem conteſtatam autem eſt actio litigioſa Deinde quis æſtimabit actionem injuriarum, niſi injuriatus? Actor jurato æſtimare injuriam tenetur, ut eſt praxis judiciorum, de qua Gail. *l. 2. obſ 102. n. 9 & lib. de pignorat. obſ. 18 n. 3.* Mynſ. *cent. 1 obſ 84 in fine.* Maranta *in ſpec. p. 4. diſt 1. n 10.* Sed quomodo ceſſionarius æſtimabit juramento injuriam cedenti illatam? Et actione injuriarum non perſequimur damnum rei familiaris, ſed vindictam honoris deminuti exercemus. *L. 7 §. 1. verſ. Quid ergo ff. de injur.*

Quod vero exinde vult inferre Joh. a Sande *d. l. n 12* quod 58
nec querela inofficioſi teſtamenti cedi poſſit, id non poſſumus concedere, quia querela inofficioſi teſtamenti non tendit tam ad vindictam, quam ad perſecutionem rei familiaris, & datur omnino heredibus, & liberis quidem indiſtincte, ſive præparata fuerit a defuncto, ſive non; *l. 34 C de inoff. teſtam.* extraneis vero heredibus datur, quando de voluntate defuncti conſtat. *L. 6 & L 7 §. f. ff. de inoff. teſtam. L. 5. C. eodem.* Conſtat autem de voluntate, ſi eam ceſſerit. [Vid. plur Lenz. *cap. 14. memb 3.*] Nec recte *dict. loc.* confert actionem revocandæ donationis cum actione injuriarum. Quippe & illa damnum rei familiaris perſe- 59
quitur, & licet non detur ſucceſſoribus indiſtincte, *l. f. C. de Rev. donat.* hoc tamen intelligit Juſtinianus, ſi donator tacuerit, & ſilentio ſuo approbaverit donationem. *d. L. ult. §. Hoc tamen. ibi:*

tacue-

tacuerit, ſilentium ejus &c. at ſi actionem hanc alii cedat, pro tacente haberi donator non poteſt. Nam ſi non tacuit, ſed ſe præparavit donator ad revocationem executioni mandandam, non habendus eſt pro tacente, ut poſt alios Molina *tr. 2. de J & J d. 281 n. 3.* Certe ille, qui cedit jus revocandi, & ſic per alium ſe velle revocare declaravit, non poteſt pro tacente haberi. Taceo, quod quædam ſunt cauſæ revocationis, quæ etiam heredi præbent occaſionem compellendi donatarium, ut cauſam ingratitudinis removeat, ſcil. in quinta cauſa revocandæ donationis, dum donatarius modum non implevit, nam eo caſu nemo negabit, heredes donatoris ad implementum agere poſſe, Mol. *d. d. n. 4.* ut ita nullum hoc caſu ſit dubium, quin cedi poſſit. [Diſſ. Lenz. *c. 20. memb. 11. num. 1. 2. 3* Conf. Lauterb. *coll. theor.*
60 *pract. tit. de her. vel act. vend. th. 28.*] Quemadmodum dominus feudi commiſſi ſuam actionem ad rem commiſſam conſequendam alteri cedere poteſt, Roſenthal. *de feud. c. 10. concl. 35 num. 57. & 60. cum ſeq.* Car. Molin. *in Conſuet. Pariſ. §. 30. num. 35.* Schrad. *de feud. p. 2. partis 9. princ. ſect. 14. num. 21.* quia ſufficit jus commiſſi certis caſibus in heredem transmitti, quos habet
61 Roſenthal. *d. c. 10 concl. 40.* Sed quæritur de uſufructu, an & is cedi nequit? Ita videtur dicendum per *l. 66. ff. de jure dot.* cum perſonæ cohæreat, *§ Finitur 3. Inſt. de uſufr.* ſed ob utilitatem uſufructuarii hoc conceſſum uſufructuario, ut locare & vendere, & ita cedere commoditatem & utilitatem ſui uſusfructus alii poſſit, per *l. 12. §. 2. l. 38. & l. 67. ff. de uſufr.* nam & qui locat, & vendit, utitur *d. § 2.* Sed ceſſionarius tunc non fruetur per vitam ſuam, ſed vivente tantum cedente, ex cujus jure jus ſuum debet metiri. Vide Joh del Caſt. *de uſufr. c. 69 n. 19.* Atque hæc ſententia, quod non uſusfructus ipſe, qui cohæret perſonæ, ſed commoditas & facultas fruendi, ceſſa videatur, communis hodie eſt, ut patet ex traditis Pinelli *ad l. 1. part. 3. num 38. verſ. alii diſtinguunt. C. de bon. mat.* P. Barb *ad L. Uſufructu. 58. num. 5 & ſeqq. ff. ſol. matrim* ubi *n. 6* recte notat, licet cedens uſufructuarius dicat, ſe ipſum uſumfructum cedere, verba tamen debere impropriari, ut tantum commoditas videatur ceſſa, quo ſcilicet actus magis valeat, quam pereat. [Niſi appareat malitia & do-

& dolus, vid. Struv. *Jurisprud. Rom. Germ. for. l 2. t 8. §. 20.*] Garcias *de Expenſis c 10 n 28. & ſeqq* Surdus *de Aliment tit 9 qu. 22 n 9* Peregrinus *de fideicomm. art 40. n. 117* & hos citans Fr. Salgado *in Labyr p. 1 c 43. n 32. & ſeq* & Carpzov. *P. 2 Conſt. 25. def 16* idque accurate porro explicat Bachov *in Treutl. d. 16 th. 10. lit A & B* [Conſ. tamen Lenz. *c. 14. memb. 5* qui plane quidem licere uſumfructum cedere extraneo contendit, cum nec alios cedens jus ſuum a ſe transferat, exemplo actionis directæ]
Sic debitor habens uſumfructum bonorum poteſt hujusmodi 62
uſumfructum pignori dare, per *l 1. C. ſi pignus pign* & per hanc oppignorationem & ſecutam quaſi traditionem, commoditas tantum confertur & facultas utendi & fruendi re, cujus uſusfructus eſt oppignoratus, & ſic accurate loquendo non ipſum jus uſusfructus, ſed commoditas ſeu effectus oppignoratus & ceſſus videtur, Steph. Fagundez. *de 7 & 7 l. 7 c 6 n 9* Conſ.
Salgado *d. c. 43. n. 30. & ſeq* Sicut etiam decimarum jus in Lai- 63
cum transferri non poteſt, *C. Prohibemus. 10 X. de decimis.* Commoditas tamen ejus alteri cedi poteſt, ut tradit Tiraq. *d. gl. 1. n. 46.* Vivius *decſ. Neapol. 50. n. 7.* Camil Borel *l. 1. decſ tit. 19. n 99.* Redoanus *de rebus Eccl. non alien. c. 17. n 11.* Faciunt tra-
dita per Azorium *lib. 7. inſt. moral c. 23 qu 7.* Quæritur etiam 64
de hypothecaria actione, an & ea ſine perſonali cedi poſſit? Quod quidem nonnulli negant, ut Craveta *conſ 191. n. 2.* & relati a Trentac. *l 2. reſ. 5. de act n 2 verſ Secunda eſt opinio.* ſed verius affirmatur a Doctoribus relatis a Trentac. *verſ. Tertia & ultima opinio.* quia pignus pignori dari poteſt *L. Grege 13 § Cum pignori, 2. ff. de pign L. 1. C ſi pignus pignori datum.* [Accedit textus elegans in *L. Intelligere. 2. C. de luit. pign* ubi ab Imp. Gordiano expreſſe reſcribitur, perſonali actione ſubmota, vincula pignoris durare, unde nihil videtur obſtare, quin ſeparatim queant cedi Ita Lenz *c. 14. m. 2. n 20 21. 22.* qui affirmativam ibidem pluribus tuetur.] Sed ſi debitor ſolverit primum debitum, reſolvitur jus dantis, i. e. creditoris primi, & ita jus accipientis, ſecundi ſcil. creditoris. *L. Lex vectigali 31. ff de pign* Et quidem non poteſt dici, creditorem primum oppignoraſſe poſteriori rem ipſam, nam res aliena oppignorari non poteſt. Ergo dicendum, credi-

Q torem

torem primum omne ſuum jus per ceſſionem tranſtuliſſe in ſecundum, & ſic etiam jus vendendi dictam rem, ſed non ultra eam quantitatem, in quam datum fuit primo, ut ſciamus, omne & ſolum id jus fuiſſe tranſlatum, quod cedens habet, non plus. Eandem igitur actionem hypothecariam, quam habet cedens, habet etiam ceſſionarius, licet hæc in minorem ſummam eſſe poſſit.

65 Sed an remedia recuperandæ poſſeſſionis ex *interdicto unde vi*, aut *Can. Redintegranda. C.3. qu.1.* poſſunt cedi? Et quidem hæc cedi poſſe placuit, per *L 16. §. Julianus 4. ff de per hered.* Cum non dentur perſonæ qua tali, ſed propter violentam dejectionem & rem Tiraq *de retr. conſang. §.26. gl.3 n.18* Cravetta *conſ. 161. num. 2.* Rol a Valle *conſ. 28. numer. 22. lib. 2.* Menoch. *remed recup. poſſeſſ. 15. num 59. & ſeq. & conſ. 758 n.2.* A. Faber. *l 4 Cod tit 29 def. 7.* ſcil hoc intelligo, ſi & jus, quod
66 cedens habet in re, cum actione ſpolii cedatur. Idem placuit, de remediis retinendæ poſſeſſionis & in ſpecie de *interdicto uti*
* *poſſidetis*, per tradita Tiraq. *d gl.3 num.17.* [Lenz. *c.17. num.3*] Menoch. *remed. retin. poſſ.3. num 258. & multis seqq.* ubi tamen *num.267* ait, ſi ceſſio hujus remedii, ratione rei corporalis facta ſit ſine traditione, quod tunc ceſſionarius non ſuo, ſed ce-
67 dentis nomine agere debeat. Quamvis verius ſit interdictum utile etiam ex ſua perſona ipſum intendere poſſe. Sic etiam interdicta adipiſcendæ poſſeſſionis, & in ſpecie *l fin. C. de Edicto D Adriani tollendo.* cedi poſſe tradit Tiraq. *d. l. num 19.* & Menoch. *remed. 4. adipiſc poſſeſſ. num 249.* Ratio eſt, quia tranſmiſſibile eſt, ut probet Menoch. *dict. remed 4. num 256.* imo
* omne poſſeſſorium cedi poteſt. Tiraq. *d. l. n. 20* [Lenz *c.17. n.4.*]

68 Jura primogenituræ & ſic majoratus cedi poſſe, communiter placuit, ob textum *Gen.25 verſ 33 C. Quam periculoſum. 8. c.7. q 1. C f. § Item opponitur. C, 22. q 2* Jaſon. *in L. Ii poteſt. num 31. ff. de adquir. hered* Tiraq *de primogen. q. 29. num 1.* Sed videntur Doctores in voce *ceſſionis* hic ludere, nam cum jus primogenituræ propter ætatem competat, & ætas quid ſit perſonaliſſimum, ideoque vix eſt, ut cedi proprie poſſit. Sed *renunciari* poteſt ab eo, qui liberos non habet, ut adeo jus ad ſecundo genitum

nitum deferatur, Menoch. *conſ 211. num 46 & ſeq.* Et ſic improprie dicitur cedere, eo ſenſu, quo dicimur cedere jure noſtro [Renunciatio & ceſſio in multis differunt, inprimis ſi renunciatio ſit tantum juris exſtinctiva, qualis hic occurrit, dum locum tantummodo facit exercitio juris, quod jam ex naſcendi conditione erat natum, non æque eſt juris alicujus tranſlativa. Præcipua differentia eſt in fine & effectu. Nam finis renunciationis ſola abdicatio & ſpontanea privatio juris eſt; ceſſionis vero finis eſt tranſlatio juris in alterum; unde etiam vel ſolo renunciantis facto conſtat, ceſſio vero & ceſſionarii voluntatem expoſcit, ut hanc aliasque differentias ediſſerit Olea *de Ceſſ. Jur & Act. t. 1 q. 4. n. 19. 20. ſeq.* Add. quoad materiam primogenituræ, *c. 3. q 3.* Lenz. *c. 18. n 23.*]

69 Jus arreſti impetrati etiam cedi poſſe, recte tradunt Matt. Col. *de proceſſ. p. 1 c. 3 num 265.* Ben Carpz *p. 1. Juriſpr For. Conſt. 29 def. 3.* Berlich. *part. 1. concl 74. num. 15.* [Quod vel ex communi regula intelligitur, dum hoc jus arreſti quæſitum creditori, ad heredes, ejus perſonam repræſentantes, tranſire, indubium eſt, Mevius *de arreſtis c. 7. n 5.* Richter *de privileg. creditor. c 4. ſect ult. n. 63.* Berlich. *c. l num. 143* præcipue in Saxonia propter expreſſam ſanctionem in *Ordin. Proc. Sax. tit. 31 §. fin.* ſi modo ad evitandos circuitus fraudesque & confuſiones, doceatur ceſſio, ejusque titulus, coram eo Magiſtratu, in cujus jurisdictione bona arreſtata ſita ſunt, & a quo arreſtum impetratum fuit, *Ord. Proc. d. t.* quæ ita conjunctim requiruntur, ut ſi e. c. arreſtum generale a ſuperiore ad creditoris inſtantiam impoſitum, bona vero arreſtata ſub Judice inferiore immediato ſita ſint, tunc utriusque & ſuperioris & inferioris Judicis conſenſus adeſſe debeat. Conf Lenz. *c. 18 n 29*]

70 Imo & ſpem nudæ actionis (ſi modo ipſa actio ceſſibilis ſit, nec aliunde ceſſio prohibeatur, v. g. *L Pactum, quod dotali, 15. C. de pact.*) cedi poſſe, probatur per *L. Spem 3. C. de donat. L. Pactum 46 in fine ff. de pact.* [E. g. ſpem, quæ eſt ex conditionali conventione.] Sic aleæ jactus vel retis, ut vendi, ita & cedi poteſt, *L. Nec emptio. 8. §. 1. ff de Empt.* & omne jus, quod quis habet in potentia, licet non habeat in actu, cedi poteſt, Panormit. *in*

Q 2 *C. Cura*

C. Cura paſtorali. n. 8. X. de jure patron. modo illa ſpes ſit probabilis, nec votum captandæ mortis alterius inducat, de qua ſpe
* improbabili alibi actum. [Lenz. *c. 18. n. 1. 2. ſeq.* & multis Olea
71 *t. 3. q. 10. per tot.*] Beneficium reſtitutionis in integrum, quod minori competit, cedi poſſe, apparet *ex L. 24. ff. de min. L. 25. ff. de adm. tut. L. Alterius. 20. ff. de tut. & rat. diſtr. in fine.* Tiraq. *d. §. 26. gl. 3. n. 13.* Sfortia Oddus *de Reſtit. p. 1. qu. 49. art. 2.* Cravetta *conſ. 191. n. 2.* qua beneficium reſtitutionis non perſonæ
* datur, ſed rei. *L. 6. ff. de reſtit.* [Eidemque non tam ætas, quam læſio interveniens locum facit. *L. Non omnia. 44. ff. de minor.*
72 Lenz. *c. 17. n. 13. ſeq.* Olea *t. 3. q. 8. n. 43. ſeq.*] Sed hæc intelligo, ſi ipſa actio principalis poſſit cedi, & actu ceſſa ſit, nam ſine negotio principali non poteſt cedi reſtitutio: pone, viduam liquidari in ſententia poſtpoſitam creditoribus anterioribus, expreſſam vel tacitam priorem hypothecam habentibus, poteſt illa petere reſtitutionem, ſed hanc cedere non poteſt, quia jus illud, in quo ſe læſam dicit, ſcil. prælatio, de qua infra, cedi nequit. Pone iterum, minorem læſum in venditione, hic non poſſet reſtitutionis beneficium cedere, niſi ipſam actionem & jus venditi cedat. Unde fluit, actiones etiam extraordinarias cedi poſſe *L. 52. §. pen. ff. de Act. empti.* Et officium Judicis etiam ceſſibile. Tiraq. *d. §. 26. gl. 3. n. 14.* Guido Papæ *dec. 606.* Oddus
* *d. l. n. 21.* [Lenz. *c. 17. n. 17.*]

73 Secunda regula capitis hujus hæc ſit: quod *ceſſa ipſa obligatione vel actione, ceſſa etiam videantur jura actioni vel rei cohærentia*, per *L. Nomen debitoris 34. pr. de leg. 3. L. 14. §. 1. ff. communi divid. L. Venditor nominis 23. ff. de her. vend. L. 1. C. de donat.* Carpz. *lib. 1. reſp. 4. n. 10.* niſi aliud actum ſit. *d. L. Venditor. ff. de*
74 *her. vend.* Sic (1.) qui habet nomen & ſimul jus retinendi rem aliquam, donec ſolvatur debitum, ſi nomen cedat, videtur etiam jus retinendi ceſſiſſe, per *d. l. 14. §. 1.* Alex. Immola *in L. Reſcriptum. §. Plerumque. n. 5. ff. de pactis.* Neguzant. *de pign. partic. princ. memb. 4. n. 23.* Molign. *de jure retent. q. 344.* Et in ſpecie vidua, quæ habet ob dotem jus retentionis in bonis mariti, poteſt cedere illud jus retentionis, Carpz. *P. 2. C. 25. d. 16.* cum ad heredes etiam extraneos tranſmittatur. Berl. *p. 2. concl. 32. n. 8.*

[Et

[Et in genere jus retentionis in ſingularem ſucceſſorem recte transfertur Lenz *c. 18. n 25. 26. ſeq.*]

75 Sic ceſſa obligatione, ceſſa etiam præſumitur facultas ingrediendi fundum propria authoritate, ut ſentire videtur Menoch *rem. 5. adip. poſſ n 100.* Col. *p. 2. c 2. de proceſſ. execut. n 29.*

76 Ceſſa actione perſonali, ceſſa etiam videtur actio hypothecaria, cum hæc illius ſit pediſſequa. *L. Emtori nominis 6 ff. de hered. vend.* Neguzant *de pign. membro quarto partis ſecundæ princ. n. 33.* Trentac. *lib 2. tit. de act. reſol. 5 n 2* [Lenz. *cap 14. memb. 2 n 7 ſeqq.* ubi tamen *n 11.* id reſtringit ad hypothecam, quæ tempore factæ ceſſionis cedenti competit, ſecus dicit eſſe in ea, quæ poſt ceſſionem competere incipit, *arg. d l 6. ff. de hered vel act. vend* ibique Gothofredus, Lauterb *diſſ. de Procurat in rem ſuam th 30.* ubi idem quoque in fidejuſſoria actione obtinere contendit. De præparatoriis quidem actionibus conſentiunt omnes, quod cum ipſa principali tranſeant, nec ſpeciali indigeant ceſſione, arg. *l. e. ff. de Jur id. l. 56 ff de procur.* qualis eſt actio ad exhibendum reſpectu vindicationis, itemque judicia poſſeſſoria reſpectu petitoriorum. Vid. Coler. *de Proceſſ. Execut. P 2. c 2. n. 44.* Hinc, ceſſa actione ex teſtamento, etſi interdictum de tabulis exhibendis mandatum ceſſumve non fuerit, poterit tamen ex perſona cedentis intentari *L. 62. ff. de procurat.* Quippe ceſſa actione videntur ea quoque mandata, ſine quibus illa inutilis foret nulliusque momenti, & explicari non poſſet. *arg. d. L. 2. ff. de juriſdict.*]

77 Ceſſa actione principali, etiam ceſſa intelligitur pœnarum exactio, ut dicit Franc. de Caldas *de emt. & vendit. cap. 24. num. 15. in fin*

78 Fidejuſſor qui ſolvit, ceſſa actione a creditore principali contra confidejuſſorem, expenſas etiam repetere poteſt, ſicut ipſe creditor repetere potuiſſet, modo illæ expenſæ in lite cum confidejuſſore inſtituta factæ, non quæ antea, nam has nec creditor repetere potuiſſet Carpz *p. 2 Juriſprud. For Conſt. 17. def ult.*

79 Sic quando inſtrumento obligationis creditori promiſſa parata executio, vel inſtrumenta per ſe habeant ex ſtatuto paratam executionem, tunc hoc beneficium non tantum principali

pali creditori, ſed etiam ceſſionario competit, per *l. 1. § ult. ff. de operis novi nunc.* Colerus. *de proceſſ. execut. p. 2. c. 2. num. 28.* Vaſquius *de ſucceſſ. reſolut. lib. 1 §. 10 n. 30.* Berlich. *part. 1. concl.*
• *80. n. 16. & concl. 74. n 150.* Carpz. *lib. 2. reſp. 38. n. 4* [pluribus Olea *t. 6. q. 3. n 3 ſeqq.* Nec refert utrum inſtrumentum jus det ceſſionario nominatim, nec ne: nam non obſtat iſti exceptio, non nominatus es in inſtrumento, qui voce creditoris continetur, & ejus loco eſt. Mevius *P. 6. deciſ. 16.*] modo ceſſionarius de ceſſione ejusque titulo plenam fidem faciat. nam poſſeſſio ſola inſtrumenti guarentigionati non ſufficit, etiamſi clauſulam ſolitam contineat, actionem competituram omnibus b. f. poſſeſſoribus, allen getreuen Brieffsinhabern. Carpz. *p. 1. Juriſpr. For. Conſt. 17. def. 33. &* Berlich. *d. concl. 80. n. 17. & 22.*
• [Lenz *c. 19. memb. 3.* Rationem ponunt in eo, quod ex alia quam ceſſionis cauſa, inſtrumentum alteri tradi potuerit, Lenz. *c. 27. memb. 9. n. 7.* quod etiam hac inſerta clauſula manere incertum dicunt, unde omnino neceſſarium fore, ut præter traditionem originalis inſtrumenti, ſpeciale inſtrumentum ceſſionis conſcribatur, quo agi executive queat, Lenz. *d. l.* Lauterbach. *diſſ. de Procur. in rem ſuam. th. 41.* Et in genere Mevius *P. 8. dec. 236.* deciſum refert, petentem ex inſtrumento, per quod debitor obligatus eſt bonæ fidei poſſeſſori, den getreuen Brieffsinhabern; qui ſe talem dicit, teneri ad probationem tituli. Conf.
80 Mev. *P. 4. dec. 372.*] Sed ea ſententia non ſine dubitatione tranſit. Nam oportet iſtam clauſulam aliquem habere effectum, & multis adductis argumentis contrarium firmat Erneſtus Cothmannus *conſil. 54. vol. 2.* cui Facultas Juridica ſuum in fine adjecit calculum. Neque video, cur, ut Berlich. putat, in eo dictæ clauſulæ tribuamus effectum, quod poſſeſſor opus habeat non quidem titulum, ſed tamen bonam fidem probare. Putarem, ſi titulum ex dicta clauſula non tenetur probare, utique titulum præſumi, & ſic ex titulo bonam fidem. Et ſi titulum non tenetur probare, ut Berlich. *d. l. n. 21.* cur ceſſionis probationem exigeremus? Quid ſi ut adjectus vel ut procurator ſimplex urgeat ſolutionem? Et ſane quomodo bona fides niſi juramento hoc caſu probabitur? Putarem, ſi perſona non ſit ſuſpecta,

nec

nec ereditoris domeſtica, & nulla mala ſuſpicio militet contra eam, non opus eſſe ceſſionis inſtrumento, præſertim ſi poſſeſſor de rato caveat. Quia tamen periculum eſt, ne aliquid actum fuerit contra Legem Anaſtaſianam, juramentum putarem deferendum poſſeſſori, ſe ſcilicet ſciente, nihil actum eſſe contra dictam Legem Anaſtaſianam. Demum ceſſa obligatione prin- 81
cipali, etiam præſumitur ceſſa actio ad intereſſe vel uſuras, per *L. Nomen. 34. pr. de leg. 3. & ibi* Dd. *L ult. § pen. ff. de liberat. leg.* Covar. *lib. 3 var. reſol. c. 4. n. 8.* Surdus *tract. de Aliment. tit. 8. privil. 55. n. 6.* Vivius *deciſ. 414. n 15.* Valaſcus *p. 1 conſult. 80. n. 6. &* Franc. Salgado *in Labyr. p. 1. c 26 §. un. n. 10* Et Valaſcus *d l.* tradit, poſſe maritum, non obſtantibus Canonicis Juribus, in ceſſionarium transferre jus percipiendi annuum intereſſe, nec teneri hunc id in ſortem computare.

Hæc de juribus rei ſeu actioni cohærentibus, *aliud in ju-* 82
ribus cohærentibus perſonæ, non actioni, nam ceſſa actione hæc jura tamen non videntur ceſſa, cum perſonale beneficium cedi nequeat, *arg. C Privilegium. 8. de R. J. in 6. & ibi* Dynus *num. 2.* Tiraquell. *d. § 26. gl 3 n. 69* [Quæſtio hæc, an & quatenus cedentis privilegio perſonali uti queat ceſſionarius? difficilis, dubia, quin & venenoſa viſa fuit remotioribus JCtis, a qua tanquam a vipera abſtinendum ſit. Franzkius *l. 1. reſ. 14.* Baldum ſequitur, qui aſſerit, procuratori in rem ſuam, ceſſis actionibus agenti, etiam perſonalia non deneganda eſſe privilegia, modo cedens adhuc vivat, vel eo vivente adhuc lis fuerit conteſtata; & ceſſionarius directa actione, non utili experiatur: atque inde cautos illos eſſe jubet, quibus nomina venduntur, vel in ſolutum dantur, aut alia ratione ceduntur, ut plane ſibi actiones mandari curent, alioqui privilegio, quod cedens forte habuit, nullo gaviſuros, *n. 47.* & ſic pronunciatum refert *in f. d. reſol.* Sed Berlich. huic ſententiæ Baldi refragatur, & denegat ſimpliciter ceſſionario privilegia cedentis perſonalia, dum is procurator in rem ſuam eſt, & effectu conſiderato plane rem ſuam gerit, nec alieno fungitur officio, *l. 9. de procur. l. 25. ff. eod.* atque ſic regula, privilegia perſonalia perſonam non egredi, ad alios non transferri, *l. 68. de R. J.* toties inculcata in Jure, fruſtranea eſſet, non

rebus,

rebus, ſed verbis præſcripta, quippe dum luſus eſt in vocibulis directæ atque utilis actionis. Et perſpicuus eſt textus *in L. Ex pluribus. 42. ff. de adm. tut.* Berl. *P. 1. concl. 65. n. 97. ſeq.* Cz. *P. 1. c. 15. def. 95. n. 6. ſeq.* Proinde rutius huic regulæ inhærendum: Quod *privilegium reale*, h. e. quod rei vel actioni cauſæque cohæret, *cum ipſa, in ceſſionarium transferatur, & cedi adeo poſſit; privilegium perſonale vero*, h. e. quod perſonis ſpeciali aliqua ratione indulgetur, *quemadmodum ad heredes non transmittitur, ſic nec per ceſſionem in ceſſionarium tranſeat.* Alf. ab Olea *t. 6. q. 2. a n. & n. 19.* Lenz *c. 27. memb. 5.* prius ipſe quoque concedit Franzk. *d. reſ. 14. n. 2.* poſterius ex communi regula adducta firmatur. Add. *arg. L. 4. L. 9. verſ. nec poteſt dici C. de procurat.* Atque id ſine diſtinctione, utrum directa, an utili agat ceſſionarius, ſive mortuus ſit, ſeu adhuc vivat, ſive ceſſio neceſſaria ſit, ſeu voluntaria, quam poſtremam ipſe quoque reprobat Franzk. *d. reſ. 14. n. 26. 27.* Alf. ab Olea *d. l. n. 3. 4. ſeq.* Quoad fiſcum quidem id ſingulare eſſe, *inf. n. 93.* conceditur. Et eſt præterea notabilis limitatio, nec deſtituta fundamento, ſi nimirum interſit cedentis, ceſſionarium frui privilegio perſonali quoque, velut ſi exinde damnum quoddam ſequeretur cedentem, ut ſi periculo cedentis facta ceſſio, quam ſuggerit Olea *d. l. n. 19. 20.* pluribusque explicat *in ſeq.* & hujus limitationis exempla ſuppeditat Mevius *P. 4. dec. 151. & P. 7. dec. 51.* in ceſſione a cauſa pia facta, regulaque eadem utitur, quæ noſtram hanc limitat, *nempe, quod toties privilegio perſonali fruatur ſucceſſor ſingularis ex jure anteceſſoris, quoties hujus intersit.*]

83 Ita privilegium, quod viduis, pupillis aliisque miſerabilibus perſonis competit, quod ſcil. ſi cum potente adverſario ipſis res ſit, implorare poſſint judicium principis, ita ut adverſarius ibi iis reſpondere & ita actoris forum ſequi teneatur, *l. un. C. quando imp. inter pup.* hoc privilegium inquam perſonis miſerabilibus cohæret, nec alii * cedi poteſt. Salyc. *in L. Per diverſas. C. mandati n. 17.* [Olea *t. 6. q. 3. num. 22.*] Nam privilegia fori quædam cohærent cauſæ, v. g. quod ratione juramenti cauſa pertineat ad forum Eccleſiaſticum, *c. f. de foro competente in 6.* & hoc, ut transmittitur ad heredem, ita etiam cedi poteſt, ſed quæ cohærent perſonæ, non trans-

tranſmittuntur, ergo nec ceſſa actione, ceſſa intelliguntur Bl. *eod. L. Per diverſas. n. 21.* [Olea *d. l. n. 13. ſeqq.*] Et ideo licet cedens eſſet miſerabilis perſona, ceſſionarius vero non, hic dicto privilegio uti non poſſet, ſed e contrario, ſi cedens non eſſet perſona miſerabilis, ceſſionarius vero eſſet, tunc ceſſionarius uti poſſet dicto privilegio ex ſua perſona. Proſper Caravitta *in comm. ſuper ritibus magnæ curiæ, ritu 228, in tertio notab. quem refert* Alex. Trentacinq. *lib. 2. reſol. tit. de tutat. reſol. 2. n. 12.* [Ant. Faber. *l. 3. c. 12. def. 22. Cod. ſuo.* idem quoque admittit, modo cauſa ceſſionis ſit oneroſa, ſecus ſi lucrativa.]

Pupilli habeant contra tutorem actionem (1.) perſonalem ex q. contractu, *§. 2. Inſt. de obl. ex quaſ. contr.* (2.) hypothecariam in bonis tutoris; *L. Pro officio. 20. C. de Adm. tut.* (3.) privilegium perſonale, quo pupillus aliis creditoribus chirographarus præferebatur, per *l. 23. ff. de priv. cred.* Quæritur igitur, an una cum actione perſonali jus etiam hypothecæ & beneficium perſonale prælationis tranſmittatur in heredem, & ſic cedi poſſit? Indiſtincte negat Berlich. *p. 1. concl. 67. n. 33.* & alii ab ipſo allegati. Sed rectius ſentit Carpzov. *d. reſp. 33. num. 9. & ſeq.* qui diſtingvit inter jus hypothecæ & privilegium perſonale: Nam jus hypothecæ tribuit jus reale, *§. 4. l. quibus modis re contrah.* & afficit bona ipſa, nec tam perſonæ pupilli, quam bonis ejus datur, Carpzov. *p. 2. Jurispr. For. Conſt. 24. def. 13.* Etſi hypothecam, quam Lex tribuit pupillo, in heredem & in ceſſionarium tranſire, ſtatuit Neguz. *de pign. memb. 4. ſecunda partis num. 30. & duobus ſeqq.* Gutteretz. *de tutela p. 2. c. 6. n. 19.* licet contrarium dicat Dn. Richter *de privil. credit. d. 8. pag. mihi 220.* qui quidem allegat jam allegandos duos textus, ſed illi de hypotheca nihil habent. Sed privilegium illud perſonale ſive prælationis, ut ad heredem non tranſit, ita nec cedi poteſt, per *L. Ex pluribus. 42. ff. de adm. tut. L. 19. §. 1. ff. de rebus authorit. judic. poſſid.* Sed in eo de Domini Carpz. ſententia dubito, quod 85
iſte intelligat per perſonale privilegium illud, quo in re ex pecunia pupillari empta, pupillus quaſi dominium ſibi quæſivit, ſi velit, aut pignus, utrum libet, per *l. 3. C. Arb. tut. l. 7. ff. qui potiores. & l. 2. ff. quando ex facto tutoris.* Sed hoc etiam reale privilegi-

R

vilegium videtur. Nam licet perſona meruerit, ſi tamen pupillus ſemel agnovit, quod velit utilem rei vindicationem vel hypothecariam inſtituere, non dubium eſt jus, hoc factum eſſe reale, & transmitti in heredem pupilli, & ſic expreſſe cedi poſſe. V.gr. ſi pupillus cedat actionem tutelæ cum utili rei vindicatione vel hypothecaria. Nam eo ipſo, quod has ceſſit, agnoviſſe has videtur. Sed hoc tamen concedo, pupillum, ſi cedat actionem tutelæ, non cenſeri ceſſiſſe utilem rei vindicationem & hypothecariam, quia Lex has non abſolute dat pupillo, ſed ſi his uti velit, habet enim electionem per allegatam *l. 2. & 3.* Ergo ſi non agnovit, non videtur ceſſiſſe, ſecus ſi expreſſe ceſſit, nam eo ipſo agnovit. Ergo videntur quinque jura pupillis competere: (1.) Actio tutelæ (2.) Hypotheca in bonis tutoris. (3.) Hypotheca in bonis, ſua pecunia emptis. (4.) Quaſi dominium in iisdem, ſi velint. (5.) Perſonale privilegium Jure Digeſtorum. Ceſſa prima actione, ceſſum etiam jus ſecundum videtur, non item tertium & quartum, niſi expreſſe agnoverit. Sed ultimum
86 plane perſonale ceſſionem reſpuit. Et quia ſimile quarto privilegio habet miles, qui etiam habet electionem, an negotiorum geſtorum, an utilem rei vindicationem intendere velit, per *L. ſi ut propouis 8. C. de Rei vindic.* ſi miles hanc expreſſe cedere vellet, id, me quidem arbitro, facere poſſet; nam ita utique agnovit hanc actionem, rei ſcil. vindicationem, ſed hoc pro certo non pono, ſed in hypothecaria actione id ſine dubio videtur dicendum. Ubi obiter obſervo, fruſtra in dubium vocari ab Anton. Fabro, quod concurrere ex Doctorum ſententia dicantur actio tutelæ, hypotheca & dominium, quia elective concurrunt poſteriores duæ, ut adeo liberum ſit pupillo, qua uti velit, & dubia videtur ea ſententia, quod dominium habeat, ſi res a tutore empta, aliud ſi ab extraneo; nam & miles, nullium habens tutorem,
87 utili vindicatione uti poteſt, per *d. L. 8.* Ex dictis colligo, de quo etiam ſupra actum, hypothecam, in feudo per conſenſum domini conſtitutam, non tantum cedi poſſe, ſed & ceſſam præſumi debito ipſo principali ceſſo. Nam per talem conſenſum non datur facultas aliqua perſonæ, ſed hypotheca tantum conſtituitur in re feudali, intuitu potius cauſæ, quam perſonæ, & per conſen-

ſenſum tribuitur jus reale creditori in bonis feudalibus, & perinde ut reliqua pignora afficit bona oppignorata, ipſique rei non perſonæ inhæret, & procul dubio ad heredes conſenſus iſte tranſit, & forte, ſi qui e veteribus diſſenſerunt, de conſenſu alienandi propria authoritate, & ſic facultate perſonæ data hoc intellexerunt. Facit præjudicium a Dn. Hahnio ad Weſenb. *ad tit. quibus modis uſusfructus amitt. n. 5.* allegatum, ibi ohn beſondern erlangeten des Lehnherrn Conſens &c. Ita uxor etiam in bonis
88 mariti ad dotem reſtituendam habet (1.) Actionem ex ſtipulatu, *l. un. pr. C. de Rei uxor. act.* (2.) Actionem hypothecariam ſive hypothecam tacitam, *d. l. un. § 1.* & (3.) Jus perſonale prælationis, per *L. Aſſiduis. 12 C qui potiores in pign.* [Quo de Jure Civili omnibus hypothecariis creditoribus, etiam expreſſam anteriorem habentibus, præfertur, *d. l. 12.* Lenz. *c. 27. memb. 5. n. 15.* Mev. *P. 5. d. 281.* de Jure Saxon. Electorali, reliquis tantum, præter expreſſam anteriorem habentibus, Carpz. *P. 1. c. 28. def. 64.* Add. *def. 65.*] Ceſſa igitur perſonali actione, non eſt dubium, quin etiam hypotheca ceu qualitas & pediſſequa actionis perſonalis ceſſa videatur, Ben. Carpzov. *P. 1. Jurispr. For. C. 28. def. 99. & d. Reſp. 33. num. 15.* Petrus Barboſa *tert. parte l. 1. ſolut. matr. num. 30. verſ. præterea n. 170.* quia in heredem extraneum etiam tranſmittitur, & eſt jus reale rei inhærens. Schneid. *in § Fuerat. 29 I. de act. n. 49.* Nam licet hypotheca inducta primitus favore mulieris, doti tamen ipſi data, & jus reale ſemel competens, cum re transfertur. Barb. *d. l.* Sed jus illud prælationis non poteſt cedi, ideoque ceſſa repetitione dotis, hæc ceſſa non præſumitur, cum ad heredes hoc jus non tranſeat, ſed tantum ad liberos, per *d. L. Aſſiduis. 12 §. Exceptis videlicet. 2 C. qui potiores in pign. Nov. 91. pr. d §. Fuerat ibi: ſolis mulieribus.* & ita communiter concludunt Doctores. Joh. Crottus *in repet. L. 1 n. 25. ff. ſol. matr.* Bl. *Nov 1r de dote, part. 10. n 24. & part. 12. n. 26* Schneid. *in d §. Fuerat n. 70.* Carpz. *d. reſp. 33. n. 14. & p 1 Jurisprud. For. C. 28. def. 93* [Olea *t. 6 q. 2. num. 24.* Lenz. *c. 27. m. 5 num. 17.*] Et quamvis nonnulli id limitent, quando cauſa ceſſionis eſſet ne- 89
ceſſaria vel oneroſa, ut Afflictus *dec. 306. n. 6.* Marta *in repet. l. 1. n. 36. ff. ſol. mat.* id tamen fundamento certo deſtituitur, & re-

 pugnat

pugnat *l. 42 ff. de Admin. tut.* ut recte notat Berlich. *p. 1. concl. 65. num. 95. & 96. & n. 105.* [Illa interim limitatio adhuc ſibi conſtat, ſi, ubi hoc privilegium in ceſſionarium non tranſiret, mulieri utiliter proviſum non eſſet, ut tunc ceſſio fieri poſſit Lenz.
90 *c. 20. memb. 5. n. 8. 9. 10.* Olea *t. 6. q. 2. n. 22. de quo ſup.*] De præſtatione juramenti etiam quæritur, an ſi v. g. reus actori juramentum detulerit, & actore mortuo, heredes alii uni actionem ſuam ceſſerint, an etiam facultas jurandi ceſſa videatur, ita, ut ceſſionarius juramentum illud loco cedentium præſtare poſſit? negat Tiraq. *d. § 26. gl. 1. n. 79.* & Berlich. *p. 2. deciſ. 165. per totam*, quia perſonale eſt ex parte jurantis, Gail. *1 obſ. 27. num. 1* & ita facile fraus inveniri & juramentum in alium, qui cauſæ &
91 controverſiæ eſt ignarus, transferri poſſet, Berlich. *d. l.* Sed hoc dubium eſt, an facultas præſtandi juramentum, quod a Lege defertur, etiam ad heredem tranſeat, id affirmant Alex. *in l. pen. § ult. num. 6. & ſeq. ff. ne quis eum &c.* Decius *in L. Edita n. 50. C. de Edendo.* Afflict. *dec. 169. n. 8.* quos citat Tiraq. *de Retr. lign. § 1. gl. 2. num. 3.* nituntur id probare per *d. § ult. & per § 1. lib. 2. feud. in tit.* ubi juramentum circa factum alienum admittitur. Alii vero negant, quos refert Tiraq. *d. l. n. 5.* Non videtur abſonum id arbitrio Judicis permittere, qui perſonam heredis conſideret, an talis ſit, ut ei fides adhibeatur, & an habeat rei notitiam, quod etiam requirit Tiraq. *d. l. n. 5.* & an ſuper veritate, an ſuper cre-
92 dulitate jurare debeat. Sed in juramento a parte delato, aliud eſt, ubi conſcientiæ id defuncti commiſſum, quæ non videtur eadem eſſe cum conſcientia heredum, nedum ceſſionarii.

Demum privilegia fiſci, quamvis, ſi hoc expreſſe conventum ſit, cedi poſſint, *L. fin. C. de privil. fiſci.* quando tamen non ſunt expreſſe ceſſa, licet actio perſonalis a fiſco ceſſa ſit, privilegia tamen fiſci ceſſa non intelliguntur. *l. 3. & ult. C. de privil. fiſci.* [Conf. Olea *t. 6. q. 3. n. 25.*] In aliis tamen privilegiis, quando v. gr. ex mea pecunia privilegiatus creditor dimiſſus eſt, ſuccedo in ipſius locum & ſic privilegia etiam perſonalia hoc caſu ipſo jure poteſtate Legis & caſu ſingulari transferuntur. *L. 24. § ult. ff. de rebus auth. jud. poſſid.* Vid. Carpz. *p. 1. Juriſpr. For. Conſt. 28. d. 134.* [Mev. *P. 4. dec. 214.* Add. *dec. 215.*] Sed hoc manet in dubio,

dubio, ſi aliorum privilegiatorum jura tranſeunt in eum, qui pro illis ſolvit, cur non idem in fiſco? Cujac. *lib. 18. obſ. ult.* diſtinguit inter jus hypothecæ & privilegium perſonale. Sed cum 93
hypotheca tribuat jus in re, videtur hic omnino ſpeciale eſſe. P. Barb. *in L. Poſt dotem, q. in 62. ff. ſol. matr.* in fiſco ſpeciale eſſe putat, quod poſſit expreſſe etiam jura perſonalia cedere, quod in aliis ſecus, ut ſcilicet facilius reperirentur, qui fiſco ſolverent. Sed *d. l. 3. C. de privil. fiſci.* videtur de hypotheca ceu jure reali loqui, & clarius adhuc *L. Cum alter. 11. C. de fidejuſſ.* Sane ſpeciale quid in fiſco eſſe, extra dubium eſt, ſpecialitatem autem in eo conſiſtere putarim, quod licet alias ceſſo nomine, ceſſa etiam videatur hypothecaria actio, de quo ſupra, exceptio ſit in fiſco. Et ideo, licet quis viduæ ſolveret dotem, in privilegio perſonali tamen non ſuccederet ſolvens, neque ſi vidua privilegium illud in illum transferre velit, unde & hic alia quam fiſci ratio. [Cui accedit illa, quod omnia privilegia fiſci ſint realia & non perſonalia, cum fiſcus nunquam moriatur. Menoch. *l. 4. præſumt. 184. num. 146.* Ad ultimum addere huic Capiti quoad jura ceſſibilia liceat nomina & jura paſſiva, ut appellant Dd. quæ cedi non poſſe, multis comprobat Alf. ab Olea *t. 3. q. 9.* Ita autem hujus aſſerti ſenſus eſt, quod etſi invito reo ceſſio fieri queat, tamen reo & debitori integrum non ſit viciſſim invito creditore alium obtrudere per ceſſionem. Ratio eſt, tum, quod per ceſſionem eas actiones in alium transferimus, quæ noſtræ ſunt, actiones vero paſſivæ noſtræ non ſunt, neque in bonis noſtris eſſe dicuntur, ſed in bonis creditoris, Olea *d. l. n. 8.* tum quod nemo cogatur, mutare debitorem, *l. 45. §. 2. ff. mand.* creditorisque inviti conditio reddi deterior non debeat, *l. 74. ff. de R. J.* & Baldus *in l. 2. ſub num. 5. C. de hered. vel act. vend.* actiones enim eſſa in noſtra poteſtate, non æque paſſiones. Contrariis ſatisfacit abunde Olea *c. l.*]

CAPUT V.
De Effectu Ceſſionis.

SUMMARIA

CAP. V.

Duplex eſt ceſſionis effectus. 1. *In perſona cedentis.* 2 *In perſona ceſſionarii n.* 3.

Ceſſionarius ex ceſſione conſequitur actionem directam. n. 2.

Verba ad ceſſionem apta ſunt, do, cedo, concedo, mando & ſim. n 3.

Ceſſionarius beneficio Conſtitutionis Pii Imper. habet actionem utilem. n. 4. [*tam realem, quam perſonalem*]

Utilis actio per ceſſionem non tollitur. n. 5.

Actio utilis ex ſolo titulo datur, n. 6.

Directa exſpirat morte cedentis, non utilis n 7. [*Ratio.*]

Directa ex cedentis perſona, utilis ex ceſſionarii perſona formanda. num. 8.

Directa contra cedentem intendi nequit, ſed bene utilis. n. 9.

Directa agens, debet cedentem reconventum defendere, niſi cauſa ceſſionis neceſſaria. n. 10 [*itemque niſi oneroſa: quid in executivo Proceſſu.*]

Quod in utili actione ſecus putant Doctores. n, 11.

Explicatur Lex 70 *ff. de procurat. n.* 12.

Ceſſionario actione directa experienti obſtant exceptiones, quae obſtabant cedenti, ſecus in utili. n. 13. *Sed vid. cap. ſeq.*

Ceſſionarius ſi actione directa vult agere, ceſſionis inſtrumentum ante litem conteſtatam exhibere tenetur. n. 14. *Sed contra. n.* 15. *Conciliatio. n.* 16.

Ex omni cauſa, ex qua jure civili dominium transferri ſolet, actio utilis etiam ſine ceſſione datur. num. 17.

Utilis actio per ceſſionem non tollitur n. 18.

Unde cognoſci poteſt, an directa, an utili actione agat ceſſionarius. num 19.

Si non appareat, poterit a debitore compelli, ut exprimat genus actionis. n. 20.

Cedens ceſſionario praejudicare nequit, ſi aliquid ex his tribus fecerit, quae habentur in l 3 *C. de Novat. n.* 21.

Multi

Multi volunt debitori aliunde notitiam ceſſionis habenti, non eſſe faciendam denunciationem n. 22.
Quidam diſtinguunt, qui referuntur n. 23.
Sententia Autoris. n. 24.
Per denunciationem plena fides debet fieri debitori ceſſo. n. 25.
Non eſt exceptio juris certi, ſi debitor a cedente convenius, de ceſſione excipiat n. 26.
Aliis etiam caſibus cedens non poteſt agere contra ceſſionarium. num. 27.
Sed opinio iſta refutatur n. 28.
Qui ceſſit ex SCto Trebelliano, non poteſt agere contra debitorem. n. 29.
Ceſſione facta ex ultima voluntate, ſolus legatarius agere poteſt. num 30.
Sed id declaratur n. 31.
Ceſſionarius alii cedens, non poteſt agere contra ceſſum debitorem. n 32.
Quod tamen debitori ignoranti non prajudicat n 33.
Revocata ceſſione, cedens tamen obligationi, ob quam ceſſio facta, ſatis facere debet. n. 34.
Cedens ſi velit indemnem debitorem praſtare, audiendus eſt n. 35.
Quando concurrunt cedens & ceſſionarius, hic illi preferendus. num 36.
Quando cedens partem debiti retinuit, concurrit cum ceſſionario in una claſſe. n. 37. Quod limitatur n. 38.
Si duobus pro parte idem nomen diverſis temporibus ceſſum, neuter prafertur. n. 39. Licet uni condemnatus debitor. n. 40.
Cedens nec alteri idem nomen cedendo ei, cui prius illud nomen ceſſum eſt, prajudicare poteſt. num 41.
Cedens non poteſt prajudicare ſuo creditori, habenti hypothecam generalem. n 42.
Idem ſi hypothecarius ſententiam pro ſe obtinuerit. n. 43.
Nec poteſt cedens ceſſionario prajudicare tranſigendo n. 44
Nec cedens ceſſionario ſua confeſſione prajudicat. n. 45.
Ceſſionarius nomen ceſſum exigit ſuo periculo. n. 46.
Cedens verum, non bonum nomen praſtat. n 47.
Aliud, ſi cum proteſtatione nomen ceſſum acceperit ceſſionarius. num 48
Vel ſi debeat ceſſionarius exigere periculo cedentis. n. 49.
Vel ſi dixerit eſſe ſolvendo. n. 50
Vel ſi cedens idoneum nomen ſe praſtiturum dixit n. 51.
Vel maritus in dotem accipiat nomen n. 52.
Sententia communis eſt, quod diſtinguendum ſit inter ceſſionem ſimpli-

ſimplicem & inter dationem in ſolutum, ſeu delegationem n. 53.
Qua refutatur n. 54. & Fr. Salgado. n. 55.
Dn. Franzkii ſententia refertur & declaratur citra præjudicium. n. 56. [& mentis Franzkii omnino convenienter.]
Explicatur d. l. 3 de Novat. num. 57. & concluditur hæc materia num. 58.
Si cedens dixerit, nomen eſſe idoneum, vel damnum ipſe receperit, utroque caſu tenetur n. 59.
Cedens debet præſtare nullam exceptionem competere reo ceſſo, niſi aliud actum, aut ceſſionarius exceptionem ſciverit. n. 60.
An tunc bonum nomen præſtandum, quando evictio nominis promiſſa. num. 61.
Ceſſionarius pro vero creditore habetur n. 62.
An ceſſionarius, an cedens tenetur jurare de calumnia? Reſp. n. 63.
Ceſſionarius habet etiam actionem revocatoriam. n. 64.
Quomodo cedens pro ceſſionario poſſit eſſe teſtis n. 65.
An debitor ceſſus etiam ad uſuras uſurarum teneatur? Reſp. n. 66.
Exemplum de fidejuſſore allatum, refutatur n. 67.
Ceſſio probatur inſtrumento vel teſtibus n. 68.
Ex eo, quod quis inſtrumentum paratam executionem habens, in manibus habeat, non præſumitur ceſſio n. 69.
Idem in Proceſſu Summario. n. 70.
Ceſſionarius ſemiplene probans ceſſionem, non admittitur ad cautionem de rato. n. 71.
Niſi ob mortem cedentis, aut ceſſium ceſſio plene probari non poſſit n. 72.
Aut ceſſionis inſtrumentum ex longinquis terris allatum. n. 73. [An debeatur Gabella ex ceſſione jurium & actionum?]

1 Effectus ceſſionis ſpectatur tum in perſona cedentis, tum
2 in perſona ceſſionarii. In hujus perſona primus effectus eſt, quod ceſſionarius habeat actionem directam, quam exercet, ut procurator in rem ſuam nomine domini. Nam ſicut ex contractu v. gr. emtionis non tranſit dominium rei in emtorem, niſi accedat traditio; *l. 20. C. de pact.* ita multo minus ex emtione nominis transfertur jus ſeu nomen illud, niſi cedatur. *L. 3. ff. pro ſocio. L. ult. ff. de Donat. L. 7. C. ſi quis alteri vel ſibi &c.* Franzkius. *ad ff. tit. de Evict. n. 50.* Franc. Caldas *de emt. c. 24. n. 13.* [Lenz. *c. 27. m. 1. n. 10. ſeq.*] Cedi autem

autem & mandari tunc demum videtur, quando dominus uti- 3
tur verbo, *do, cedo, mando vel transfero*, ſi hæc verba diſpoſitiva
proferantur, Franc. de Caldas *d. c. 24. num. 26.* Sed poſtea Re-
ſcriptis Imperatorum, etiam citra mandatum & ceſſionem
emtor ex ſua perſona actiones utiles conſecutus eſt, *l. 5. C. de
hered. vel act. vend. l. 1. in fine C. de O. & A.* Ubi actio mandata 4
ideo intentari non poteſt, quoniam qui mandiverat, jam de-
ceſſerat, ut ex ejus perſona actio directa amplius moveri non
potuiſſet, ut recte Bachov *vol. 2. diſp. 19. th. 5 lit. C.* qui etiam *diſp.
4. de actionibus th. 3.* recte refutat Doctores, qui communiter ſta-
tuunt, ex ceſſione competere actionem utilem, quos ſequitur
Joh. a Sande *d. 1. 3. c. 8. in pr. n. 7.* Nam actio hæc utilis non ex
ceſſione eſt, ſed ex conſtitutione Pii Imperatoris, *l. 16. pr. ff. de
pact. d. l. 1. l. 7. l. 8. C. de hered. vend. l. 1. 2. C. de O. & A.* Conf. Ho-
toman *l. 6. obſ. c. 16.* Franzkius *d. l. n. 51.* Non tamen ille gravis 5
error videtur, nam licet ex contractu vel potius ex conſtitutio-
ne ſit actio utilis, ex ceſſione, directa, non tamen veroſimile
eſt actionem utilem, quæ ex titulo competit, per ceſſionem a-
mitti. [Atque hoc accipiendum eſt, non ſolum de actione utili *
in perſonam directa, ſed & de actione utili reali, ſi illa cedenda
fuerit Lenz. *c. 27. m. 1. n. 15. ſeq.* Circa libelli tamen formam
monet idem Lenz. *l. c. n. 17. ſeqq.* cavere debere acturum tali a-
ctione reali, ne inferat rem petitam ad ſe jure dominii perti-
nere, cum facta etiam actionis realis ceſſione dominium mini-
me transeat, ac nec utile ceſſionario acquiratur, ſed dicendum
eſſe, quod res petita ad cedentem Titium jure dominii vel quaſi
ſpectet, inter Titium vero & ſe de cedenda actione conventum,
proinde petere, ut pronuncietur rem ad ſe pertinere &c.]

Differunt vero hæ actiones utilis & directa (1) quod hæc 6
ſit nativa & ex ceſſione ſeu mandato oriatur, illa dativa, quæ
ab Imperatore data eſt illis, qui ex titulo donationis, dotis, ven-
ditionis, vel ſimili de danda ſibi actione cum aliis contraxerunt.
Cur autem in corporalibus Imperator non dedit actionem uti-
lem, quæ ex ſolo titulo venditionis competat? Reſp. traditio in
corporalibus a quovis poſſeſſore fieri poteſt, ſed ceſſio ſive man-
datum non niſi a domino actionis, ſeu eo, cui quæſita eſt primum

actio, ideo ne venditiones ſæpe eſſent inutiles, data eſt utilis actio ab Imperatore, nam ſi mortuus eſſet ſine herede is, qui nomen in dotem dedit, non poterat mandare actionem. Ergo ſic nec directa actio locum habet, ſed utilis. *L. 2. C. de O. & A.*

7 (2.) Directa exſpirat morte cedentis, per *l. 1. C. de O. & A.* ſi ſcil. ſine herede moriatur, Joh. a Sande *d. tr. c. ult. n. 2.* Franc. Caldis *c. 24. n. 10.* [Cujus rei ratio eſt, quod ceſſionarius directis actiones exerceat nomine cedentis, (*n. ſeq.*) & ex perſona cedentis, qua exſtincta per mortem, redibat hic reſpectus ad heredem, quippe repræſentantem perſonam cedentis, ſed hoc non exſtante, plane neceſſe eſt exſpirare, quippe dum iſthus nomen, quo exercenda actio, plane deſiit, juris quoque æſtimatione: quod in actione utili ſecus eſt, cum enim ex propria perſona ſuoque nomine conveniat ceſſionario, tametſi cedens decedat ſine herede, nihil ei officit, ut jure jam perfecte quæſito utatur, quod ex perſona cedentis nihil amplius trahat momenti, Donell. *ad l. 1. C. de Obl. & Act. n. 46.* Alf. de Olea *de ceſſ. jur. & act. t. 6. q. 1. n. 14.*] & ſit res integra, i. e. lis nondum conteſtata, *d. l. 1.* nam poſt litem conteſtatam ceſſionarius dominus litis eſt. *arg. l. 23. C. de procur.* [plur. Olea *c. l. n. 14. p. 357.*] Sed utilis manet, *d. l. 1.* mortuo licet cedente aut vendente nomen; *d. l. 1.* mortuo vero ceſſionario, nulla exſpirat actio, ſed ad heredem tranſit. *L. 33. C. de don.*

8 (3.) Directam exercet ceſſionarius ex perſona cedentis, ideoque ex cedentis perſona libellum format, totumque proceſſum, Sande *d. c. 8. n. 19.* utilem ex ſua perſona, per *L. ult. C. de hered. vend. L. ult. C. quando fiſcus vel privatus debitoris ſui debitores convenire poſſit.*

9 (4.) Actionem directam contra cedentem intendere nequit, quia ſic cedentis nomine contra cedentem ageret. Sed actione utili ceſſionarius agere poſſet contra cedentem, ſi ad ipſum res, cujus nomine actio ceſſa erat, perveniret, *arg. L. Si culpa 63. ff. de Rei vind.* Trentacinqu. *lib. 2. tit. de act. reſ. 6.* Tuſchus *lit. C. concl. 182. & 215.* & Joh. a Sande *d. tr. c. 8. n. 17.*

10 (5.) Si ceſſionarius ex perſona cedentis agat contra debitorem, tunc ſi debitor reconvenire velit cedentem, in reconventione cedentem debet defendere ceſſionarius, niſi ſcil. ceſ-

ſio

ſio ſit neceſſaria, *l. 33. §. fin ff. de procur* ſi neceſſitate urgente actionum ceſſionem accipiat, v. gr actio ceſſa contra contutores, *l. 1. C. de divid. tutel.* vel confidejuſſores, *l. 11. C. de fidejuſſor.* Donell. *lib. 15 c 15* Joh a Sa de *d. tr c. 10. n 5.* hujus neceſſariæ ceſſionis exemplum etiam eſt in *l. 34. ff de procurat* ubi emtor hereditatis non tenetur heredem in reconventione defendere, ſi bona fide & non in fraudem debitorum hereditariorum ceſſam actionem acceptavit, nam licet emtio hereditatis ſit voluntaria, præſuppoſita tamen emtione, ceſſio neceſſaria eſt emtori, ut ſuum conſequatur. [Adeoque duo tantum ſunt, quæ liberant ceſſionarium actione directa agentem, ut in reconventione cedentem defendere non teneatur, 1. ſi Procurator in rem ſuam neceſſarius fuerit, aut 2. etiamſi voluntarius, ſi tamen conſtiturus ſit ex cauſa onerosa, non lucrativa, *d. l. 34.* Alf. ab Olea *t. 7 q. 4. n 21 ſeqq.* modo bona fide & ſine dolo malo omnia geſta ſint Si enim ceſſio ſit facta in fraudem debitoris ceſſi, & reconventionis ab eo intentandæ, ne videlicet ceſſus debitor conventus reconventione uti, eodemque proceſſu & coram eodem Judice id, quod ſibi debetur, exigere & conſequi valeat, tunc ceſſionarius, doli & fraudis conſcius, rectiſſime reconvenitur ex perſona cedentis, cedentemque reconventum defendere tenebitur, ne malitiis hominum quicquam temere indulgeamus, *d. l. 34.* etiamſi utili agat tantum actione ceſſionarius, Lenz. *c. 34 n 22. ſeqq* qui de diſtinctione inter ceſſionem ex cauſa lucrativa & onerosa factam, quidem diſſentit nec tamen magnopere refragatur *n 30.* Illud vero non immerito quæritur: utrum reconventioni quoque locus, ubi executive agitur contra debitorem ceſſum? Quæ quæſtio cum de ſolo Jure communi inſtituenda ſit, communi Doctorum calculo negative deciditur, cum in executivis generatim locus non ſit reconventioni; de Jure Saxonico enim fruſtra quæritur, ubi non alia datur reconventio, quam quæ inſtituitur finita jam lite priori, cui poſterior quoad cauſam debet eſſe connexa. Conf. Lenz. *c. 34 n 31. ſeq.* Carpz. *P 1 c. 7 def. 8. 9.* De cætero pœna ceſſionarii defendere recuſantis cedentem, ſi ad id teneatur, illa erit, ut denegetur tantiſper actio, *L. Actionem 5 C. de procurator* ibique

Gothofr. *L. 43 § Pana. 4 ff eod.* nec concedendum ſpatium, ut reconventio nota fiat domino, arg. *l. 33 §. pen. ff. d t.* Olea *t. 7. q 4 n. 28.* unde cautos jubet eſſe advocatos Olea *d l n 29.* qui reis aſſiſtunt, ne libellum reconventionis domino notum fieri petant, ob moras expenſasque novas, inprimis ſi dominus ſit remotiori in loco conſtitutus, atque idem monet ut reconventione, ſi fieri poſſit, omiſſa per viam compenſationis eandem opponant, *n 30* quæ omnia tamen ad reconventionem Juris communis re-
11 ferri debent] Sed ſi utili actione agit ceſſionarius, non opus habet, ut reconventum cedentem defendat, quippe eam non procuratorio nomine, ſed ſuo intendit. Ergo &c. per *d. l 33. §. pen.*
* [atque id ſive cauſa lucrativa ſeu oneroſa ſit, ut quidem contra
12 Donell. Ant Faber & Cujac. tenet Olea *d t. 7. q. 4. n 21.*] Obſtare quidem videtur huic diſtinctioni *l. 70. de procur.* ubi pater Sempronium creditorem ſuum filio impuberi tutorem dederat teſtamento, tutor vero finita tutela deceſſit, fratre Mevio herede ſcripto, qui & ipſe defunctus, & nomen pupilli, i. e creditum, quo pupillus jure hereditario ipſi devinctus erat, Titio ab heredibus per modum fideicommiſſi reliquit, cui fideicommiſſo, ut heredes ſatisfacerent, mandarunt Titio actionem pecuniæ creditæ contra pupillum. Quamvis enim heredes obligati fuerint cedere hanc actionem, nihilominus tamen tenetur defendere heredes cedentes. Sed non eſt neceſſitas ex parte Titii ceſſionem accipientis & deinde ex cauſa lucrativa habet, & tam tutelæ, quam creditæ pecuniæ actio ex hereditate creditoris Sempronii deſcendit, & reconventio ex eadem cauſa oriens, facilius admittitur. *L 23 ff. Depoſiti. L. 14. C de ſent & interloc omnium jud.* Quæ tertia ratio ad literam in textu habetur. Vid. Donell. *d. l. ibi* Hill *lit K.* Joh. a Sande *d. tr. c. 10 n. 11.*

13 (6.) Quando ceſſionarius agit perſonali actione, obſtant ipſi exceptiones, quæ competunt debitori contra perſonam cedentis, ſecus ſi agat utili, de quo *cap. ſeq.* plura.

14 Tradunt (7.) etiam hanc differentiam Doctores, quod ceſſionarius actionem directam intendens, ante litem conteſtatam ceſſionis inſtrumentum producere, & ceſſionem probare debeat, ſecus eſſe in actione utili, ubi poſt litem conteſtatam demum

mum ceſſio probanda eſt, quam opinionem etiam ſequitur Sande *c. 8 n. 27.* & alii a Schradero *allegati in tract. feud. P. 10, ſect. 18. n. 157.* Sed alia eſt Schraderi ſententia *d. l. n. 158 & ſeq.* quia legiti- 15
matio perſonæ debeat eſſe primus actus judicii, & hanc ſententiam ſequitur Pruckm. *v. 2 conſ. 19 n. 99.* & hoc videtur conforme *receſſui deput. de Ann. 1600.* §. Weniger nicht. & *poſtremiſſimo Receſſui de Ann. 1654.* §. Sondern ſollen in übrigen etc. Ubi mandata procuratoria in primo termino exhiberi jubentur. Quamvis autem hoc pro directa actione tantum videatur concludere, ratio tamen generalis eſt, ſcil. quod legitimatio perſonæ in primo termino facienda. Et non poſſet debitor ſcire, an cedere, an contendere debeat, cum neſciat, ex quo fundamento actor agat, qui tamen in inſtrumento non nominatur. Sed puto conciliari ſen- 16
tentias illas, qui utili vult actione experiri, plane non tenetur ceſſionis inſtrumentum producere, neque ante, neque poſt litem conteſtatam, ſed tantum titulum allegare ante litem conteſtatam, & probare poſt eam, puta venditionem, donationem. Hic nulla ceſſio, nullum mandatum, & utique nullo ceſſionis inſtrumento opus eſt.

Sed an ille tantum ceſſionarius, cui venditum nomen, *l. 7.* 17
C. de hered. vend. vel donatum, *l. 33. C. de donat.* vel legatum, *l. 18. C. de leg.* vel in dotem datum, *l. 2. C. de O. & A.* vel in ſolutum, *l. 2. C. de obl. & act.* vel pignori datum, *l. 20. ff. de pign.* habet præter directam etiam utilem actionem? Hoc communiter affirmant, quos ſequitur Jac. de Arena *Rubr. 5. n. 64.* alii inter contractus nominatos & innominatos diſtinguunt. Sed negat Joh. a Sande *d. c. 8. num. 8.* Accuratius adhuc Franc. de Caldas *cap. 24. num. 15. in fine & num. ſeq.* ſtatuentes, generaliter ex omni cauſa, ex qua Jure civili res transferri ſolent, actionem utilem beneficio Imperatoris etiam ſine ceſſione ſeu mandato competere, præſertim Jure novo, quo utilis actio, etiam ex cauſa lucrativa conceſſa eſt, per *l. 18. C. de legat. & l. 33. C. de don. 11.* multo magis ergo in omnibus cauſis oneroſis ſpecialitatis enim ratio nulla reddi poteſt, & accedit *l. 1. §. 13 ff. de tutel. & ration. diſtrah.* adeoque Leges, quæ non niſi per ceſſionem ſeu mandatum in aliis caſibus actionem alicui competere ajunt, vel de Jure veteri loquuntur,

 ut

ut *l 53 ff. de peculio.* vel de actionibus directis, ut *l.3. ff. pro ſocio,*
18 Quæritur deinde, utrum directa actio cum actione utili facta ceſſione ſive mandato concurrat? Vulgo putant, directa actione, utpote digniori, tolli utilem, tanquam minorem, *arg. l. 13. ff. de duobus reis.* ita, ut utilis tantum in ſubſidium competat. Sed hanc opinionem recte rejicit Joh. a Sande *d. c. 8. n. 22.* per *l. 55. ff. de procur.* cui addo textum clariorem *in l. 6. C. de hered. vend. & l. 7. d. t.* & Franc. Caldas *de emt. & vendit. cap. 24. numer. 27.* nixus ipſa *leg. 1. C. de Obl. & Act.* quam vulgus pro ſe adducit. Nam ibi directa actio ceſſa, nec tamen directa ſuſtulit utilem, alioquin ceſſionarius directa actione ceſſa & hac extincta, non potuiſſet utili poſtea uti.
19 Sed unde poteſt dignoſci, an ceſſionarius utili, an vero directa utatur actione? Franc. Cald *d. c. 24. num. 28.* reſpondet ex forma agendi id cognoſci, nam ſi ſibi obligatum eſſe dicat debitorem, ſeque creditorem appellitet, utilem intendit actionem. Si vero in perſonam cedentis concludit, actio eſt directa. Sic actione directa agens, procul dubio in ceſſione ſe fundabit, ſed actione utili uſurus allegabit venditionem vel donationem no-
* minis, [in quo concluſionem libelli, non narrationem atten-
20 dendam eſſe, monet Olea *t. 6. q. 1. n. 18.*] Quod ſi vero non appareat, qua actione utatur, poterit ad inſtantiam debitoris compellere ceſſionarium Judex, ut exprimat, qua actione uti velit,
* [Olea *t. 6. q. 1. num. 19.*] Jac. de Arena *de ceſſ. Rubr. ult. num. 77.* Marc Mantua *ſing. 698.* & Caldas *d. c. 24. n. 28.* qui etiam *n. 30. in fine* cum Alex. *vol. 3. concl. 17. num. fin.* concludit, has actiones ut ſeparatas ac pugnantes cumulari in uno libello non poſſe,
* ſcilicet copulative. [Conf. Olea *t. 6. q. 1. n. f.*]
21 Alter effectus eſt, quod cedens ceſſionario in nomine ceſſo præjudicare nequeat. Qui tamen non ex ceſſione ſimpliciter fluit, ſed aliud quid concurrat, neceſſe eſt. Quia enim jura directa
* penes cedentem manent, [dum is juris intellectu eſt, & manet dominus actionis, Lenz. *c. 28. n. 1.* quod & in realibus verum, *l. 8. C. de hered. vel act. vend.*] ideo poteſt cedens nomen ceſſum exige-
* re [Lenz. *c. 28. n. 2.*] a debitore ceſſo, ſi res adhuc ſit integra, per
* *l. 3. C. de Novat.* [Vid. *ſup. c. 1. n. 8.*] Nam quia ceſſio nihil aliud eſt, quam

quam mandatum, & mandatum re integra revocari poteſt, *§. 9. Inſt. de Mand.* Ergo etiam ceſſio revocari poteſt, ſi res ſit integra. Cujac. *ad Tit. Cod. de Novat. & delegat.* [Sed & re integra cedens cum debitore ignorante valide paciſcitur & tranſigit, ad eum effectum, ut per id repellatur ceſſionarius acturus, *l. f. ff. de transact.* Lenz. *c. 28. m. 3. n. 2. & c. 31. m. 2. n. 24.* ſine diſtinctione, utrum ceſſio facta ſit in commodum cedentis, an ceſſionarii, quæ in hac materia omni ex parte exploſa eſt, B. Auctor *cent. 3. dec. 47. n. 4.* Lenz. *d. c. 28. m. 3. n. 2. & m. 2. n. 5. 6. ſeqq.* etſi eam retinet, ac defendere conatur Olea *t. 8. q. 2. per tot.* & omne deciſionis momentum eidem tanquam fundamento multis verbis ſuperſtruit] Sed 1. ſi litem conteſtatus eſt ceſſionarius cum debitore, vel 2 partem debiti ſolutam accepit, vel 3 denunciavit debitori ceſſionem; tunc demum cedens exigendo debitum ceſſionario præjudicare nequit. Nam regulariter, quando res non amplius integra eſt, mandatum revocari nequit, *§. 9. Inſt. de mandato.* [iis vero caſibus res integra eſſe deſiit, ut clara eſt diſpoſitio Legis. Equidem Lenz. *c. 28. m. 2. n. 21. ſeqq.* unico modo id fieri, ut res integra eſſe deſinat, credit, ſi debitor, contra quem ceditur, factæ ceſſionis a ceſſionario certioratus ſit, ex *L. Nomen, 4. C. quæ res pignori obl. poſſ.* quem modum etiam illos tres continere exiſtimat, *n. 27.* qui ex *l. 3. C. de novat.* hic adducuntur, negatque *Legem iſtam 3.* huc trahendam eſſe, quippe quæ non de ceſſionario, ſed procuratore in rem ſuam intelligenda ſit, h. e. de eo, cui actio utilis ex perſona propria non competit, ſed exercitium tantummodo actionis directæ mandanti competentis conceditur, ſeu uno verbo, de eo, cui ſolutionis cauſa actiones mandantur, *n. 24. ſeqq.* Sed enim vero cum in effectu quidem plane idem ſentit, tum vero falſa hypotheſi nititur, quod ea inter ceſſionarium & procuratorem in rem ſuam ſit conſtituenda differentia, quæ a ſenſu Legum aliena eſt; nam cui ſolutionis cauſa actiones mandantur, ſane is nomen procuratoris in rem ſuam non ſuſtinebit. Vid. *inf. n. 56.*]

22 Sed quid ſi nullum horum factum ſit, ſed aliunde ſciat debitor nomen illud ceſſum, an adhuc cedens poteſt exigere debitum? Negant Fachinæus *lib. 3. cont. cap. 94.* poſt Br. *in l. 16. ff.*

16. ff. de pact & Don. *l. 15. cap. 34.* & Ant. Rubeus *in repet. L. Non ſolum. §. Morte n. 409. de Nov. operis nunciat. arg. l. ſ. ff. de tranſact.*
[Negarunt & Lipſienſes JCti in præjudicio ad calcem hujus tractatus ſtatim poſt finem adjecto] ubi propter ignorantiam datur exceptio heredi, & non eſt certiorandus, qui non ignorat.
23 *L. 1. in fine ff. de act. empt.* Non quidem diffiteor, communem eſſe iſtam diſtinctionem, utrum fiat ceſſio ad commodum & periculum cedentis, quod ſecundum eos fit, quando cedens per ſolutionem demum liberatur, non per ceſſionem. & tunc requiri non nudam ſcientiam debitoris, ſed etiam denunciationem, vel aliud quid ex dictis tribus, an vero fiat ad commodum ceſſionarii, ubi periculum & commodum eſt ceſſionarii, & tunc ſufficere ſcientiam undecunque adquiſitam. Et ſic ſentiunt Neguz. *de pign. memb. 3. p. 2. n. 17.* Caball. *de Evict. § 3. n. 13.* Ronchegall. *ad l. 3. pr. n. 63. & 73. ff. de duobus reis.* Salgado. *d. tr. p. 1.*
24 *c. 27. num. 50. & ſeqq.* Sed non poſſum videre ullum hujus diſtinctionis fundamentum, ideoque puto ſine ulla neceſſitate ita diſtingvi. Eſt enim hoc fatum Juriſprudentiæ noſtræ, quod non tantum ipſa mole Legum onerata ſit, ſed & multiplicibus diſtinctionibus interdum ſine ullo operæ pretio magis involvitur & reddatur ſpinoſior. Nam manifeſte repugnat *d. l. 3. C. de Novat.* juxta receptiſſimum Legis intellectum, nam ibi proponitur nomen in ſolutum datum, quo caſu juxta traditionem Doctorum omne commodum & periculum in ceſſionarium transfertur, & tamen requiritur vel exactio partis debiti, vel litis conteſtatio, vel denunciatio. ut contra communem illam diſtinctionem inſurgit Ant. Rebeus *in d. L. Non ſolum. § Morte. n. 409. ff. de operis novi nunciat.* & Ronchegallus *d. l. n. 73.* citat etiam
25 iam diſſentientem a communi Alexandrum. Notandum tamen hic puto denunciationem ita faciendam debitori, ut plena fides ei fiat de debito ceſſo, *arg. L. 5. §. 1. ff. quod vi aut clam. L. Nomen. 4. C. quæ res pign. Clement. 3. de Elect.* Sardis *conſ. 22. n. 1.* Salgado *d. p. 1. c. 27. num. 60.* [Scientia enim certa debet ſupponi, non dubia: nam ſi ea in parte tutiorem elegerit viam debitor, mihi fidei argui inde nec poteſt, nec debet, *arg. l. 10. § ſ. ff. de reb. dub.* cum & ipſi alleganti, ceſſionem eſſe factam, incumbit

bit probatio, vid *inf. ad n. 26* nec temere quiſquam ceſſiſſe jure ſuo æſtimandus eſt, vid. *inf. ad n. 69*. Conf. plur. de hac quæſtione Lauterb *Coll. Theor. Pract. ad tit. ff de her. vel act. vend n 47. 48 ſeqq.* Franzk. *l. 1. reſ. 15. n. 41. ſeqq* Olea *t. 8. q 2. n 17* Interim non præciſe hic talis denunciatio neceſſaria, quæ teſtato fieri ſolet, h. e quæ cum prohibitione conjuncta eſt, ut vocabulum denunciationis ſumi in Jure videmus; conf. *L. Ait Prætor. 10 §. Si quis particeps 3. ff. quæ in fraud. creditor.* ſed ſufficiet certioratio, quæ plenam fidem facit, quod & agnoſcit Lenz *c. 28 m. 2. n 28* etſi ibidem ſuo ſenſu loquitur, dum ceſſionarium a procuratore in rem ſuam iterum diſtinguit. Quæ ita ubique obſervabuntur, ubi Jus Civile hac in parte mutatum non reperitur, quod de Belgio aſſerit Groen. *ad l. 3 C. de nov.* & de Jure Würtembergico Lauterb. *Coll. Theor. Pract ad tit. de her. vel act. vend §. 44.* Conf. Mev. *P. 6 dec 364, n. 3.* B. Auct. *cent. 4. dec 98 n. 3.*] Et 26
quando debitor, conventus a cedente, excipit, nomen alteri eſſe ceſſum, non eſt exceptio juris tertii, quia ipſius intereſt Tuſchus *lit. C. concl. 185. n. 32.* [Et præſumptio eſt contra actorem, quando ſemel ceſſit, quod non bona fide agit, dum de eo, quod alteri ceſſum eſſe conſtat, experitur. Proinde ubi de ceſſione conſtat, & illa indubia eſt, aut certum eſt, contigiſſe quædam ex iis, ob quæ cedens amplius experiri nequit, cedens, velut actionis non amplius competentis exceptione oppoſita, a judicio removebitur: ubi non ſtatim apparet, ſed dubitatur; aut dubitatur, utrum eorum quicquam proceſſerit, quod directis actionibus agere cedentem non ſinat, aut de ipſa ceſſione; ſin de illo, admittetur debitor ad probandum. *L. Exceptionibus. 9. ff. de probat.* Sin de hac: niſi in continenti oſtendi poſſit, non remo- 27
vendus a judicio actor, nec ſuſpendenda actio, ſed condemnandus debitor actori, addita clauſula reſervatoria, ut ceſſionem ejusque validitatem probare, eaque probata, ejus commodo frui ceſſionario ſemper integrum ſit, debitor interim indemnis ſit, ita judicatum Mevius refert *P. 6 dec 364.*]

Sed præter dicta exempla tria, *in d l 3.* poſita, etiam aliis caſibus non poſſe cedentem agere contra debitorem principalem

* lem notant. [Caſus enim iſti tres non tam rigide accipiendi ſunt juxta corticem verborum, ut excludantur alii omnes, ſub literâ non comprehenſi. Si qui ſunt, in quibus eadem reperitur ratio, idem jus obtinere, quis neget? Mev. *P. 6. dec. 363.* ubi tradit, perinde atque ſi cum ceſſionario lis eſt conteſtata, vel hic quod accepit a debitore, non eſt locus amplius cedentis actioni, vid. *ſupr. n. 21.* ita idem eſſe, ſi inter debitorem & ceſſionarium pactum de ſolvendo interceſſiſſet, *d. dec 363. n. 4.*] V. g. 4. Quando cedens promiſit, ſe non exacturum, quod factum videtur tacite, quando ſcriptum in inſtrumento, cedentem tranſtuliſſe non tantum actionem, ſed & omne exercitium actionis, ita, ut apud eum nullæ remaneant reliquiæ actionis Mantica *l. 4. de tac. & amb. convent. tit. 13. n. 4.* Tuſchus *concl. 185. n. 41. lit. C.* Idem ſi tranſtulit omnes actiones directas & utiles, nam quia directæ actiones penes cedentem manent inefficaces, non potuit exigere cedens, nec debitor ipſi ſolvens etiam ignorans liberatur,
28 poſt plures a ſe allegatos Salgado *d. c. 27. n. 62.* Sed quod pace tantorum virorum dixerim, videtur iſta ſententia fundamento deſtitui, imo iniquitate manifeſta laborare. Nam ut recte contra opinionem hanc inſurgit Afflictus *deciſ. 335. n. 23.* actiones directæ inhærent oſſibus cedentis, & non poſſunt ab eo ſeparari. Neque relevaret reſponſio, quod remaneant quidem actiones cedenti, ſed inefficaces: verum petitio principii hæc eſt. Nam *Lex illa 3.* tres caſus ponit, quibus actio directa eſt cedenti inutilis, inter quos hic non reperitur, & actionibus ab herede ceſſis fideicommiſſario, actiones directæ cedenti ſunt inefficaces, ſed de hoc caſu altum in Jure ſilentium. Et ſi ponas per hæc verba cedentem voluiſſe renunciare juri agendi contra debitorem, quomodo hæc renunciatio, quæ tamen ex tenore verborum non colligitur, poteſt præjudicare ignaro debitori? Et ſane verbum transferendi non habet ſemper hanc ſignificationem, quod transferens velit ſe abdicare ſuo jure, & ſuum jus inefficax & inutile reddere, & ſi hoc ſignificaret, non tamen id debitori præjudicaret. Sed in omnibus tribus caſibus *d. l. 3.* debitor ſciens proponitur.

Quin-

Quintus igitur caſus eſt, ſi Lex imponat ceſſionem, ita ut 29
hæc pendeat ex authoritate Juris, ut in reſtitutione hereditatis
ex SCto Trebelliano nam tunc debilitatæ ſunt a Lege directæ
actiones. Tuſchus *concl. 185. n. 45. per l. 1. §. 2. ff. ad SCt. Trebell.*

(6) Si ceſſio facta ſit in ultima voluntate, ibi enim non he- 30
res, ſed ſolus legatarius, cui heres ceſſit nomen, agere poteſt. *L. Si
ſecundum. 77. de leg. 1.* Tuſchus *d. concl. 185. n. 47.* Fr. de Caldas *d.
c. 24. n. 46.* Sed hæc Lex de tali debitore loquitur, qui ſcit, ſuum 31
nomen eſſe legatum, nam alias non poſſet opponere exceptio-
nem doli, niſi ſciviſſet legatum vel fideicommiſſum. Et utique,
ſi heredi obſtat exceptio doli, habuit actionem, & quidem effi-
cacem, niſi de dolo excepiſſet debitor. Non vero poteſt excipe-
re, ſi debitum legatum ignorat, & actionem efficacem ſuo mo-
do etiam penes heredem manere, probatur ex *l. 37. §. 3. de leg. 3.*

(7) Si cedens ipſe ſit ceſſionarius, & jus ſuum alteri cedat, 32
[Vid. *inf. ad n. 62.*] ille enim non habet actionem utilem, nec di-
rectam. Ergo nullo modo contra debitorem agere poteſt.
Tuſchus *d. concl. n. 37.* Utilem non habet, quia hæc tantum pe-
nes ſecundum ceſſionarium; directum non habet, quæ man-
ſit apud cedentem primum, & exercitium ejus tranſiit in ſe-
cundum ceſſionarium. Sed nec hoc putarem præjudicare de- 33
bitori ignoranti, ſi de ceſſione certioratus, ceſſionario primo
ſolverit, ignorans ceſſionem ſecundam. Quamvis nec abſur-
dum putem dicere, actiones utiles penes primum & ſecundum
ceſſionarium eſſe, & penes illum quidem inefficacem, ſi alte-
rum ex dictis tribus per *d. l. 3.* intervenerit.

Quibus tamen caſibus cedens exegit nomen, illud exa- 34
ctum tenetur reſtituere ceſſionario, & ita ſatisfacere ceſſioni,
Tuſch. *d. concl. 185. n. 6. & 26.* & effectus actionis hujus hic tan-
tum erit, ut debitor ante denunciationem ſolvendo cedenti
liberetur, nam licet ceſſio ceu mandatum revocari poſſit, quia
tamen ceſſio ex præcedenti titulo facta, ideo ſatisfaciendum eſt
titulo & obligationi: v. g. debui 100. dedi in ſolutum nomen
centum flor. id nomen ceſſum re integra poſſum exigere, ut ta-
men ſolvam, quæ debui. [Et eſt ad hoc ceſſionario utilis man-
dati adverſus mandantem actio, ut præſtet, quicquid ex man-

data ſemel actione conſecutus fuerit, *L. Venditor. 23. §. 1. ff. de hered. vel act. vend.* & ibi Faber *in rationali*, Mevius *c. P. 6. dec. 364.*
35 *n. 9.* cum omni intereſſe. *arg. L. 6. C. d. 1.*] Sed quid ſi facta denunciatione & proteſtatione, cedens velit præſtare cautionem de indemni præſtando debitore, an audiendus eſt? Aff. Tuſchus *n. 36.* quia per cautionem reſolvitur proteſtationis effectus.
36 Quando autem cedens & ceſſionarius concurrunt, & ambo a debitore exigere volunt nomen, ille per directam, hic ſuo nomine per utilem actionem, hic certi juris eſt, ceſſionarium cum utili ſua actione præferendum cedenti, per *L. 55. ff. de procurat.* quam Legem intelligimus abſolute, licet denunciatio alia non interceſſerit, cum Joh. a Sande *c. 12. n. 4.* Conf Trentac.
* *l. 3. tit. de ſolut. reſol. 29. n. 8.* [Lenz. *c. 29. n. 1. ſeqq.* h. e. etiamſi ceſſionarii litis conteſtatio, partis acceptio, vel denunciatio non præceſſerit. Et huic accedit ampliatio alia, etiamſi ceſſionarius non ſteterit pactis ex ſua parte, ſi nempe contractus nominatus præceſſerit, nam id quidem in contractibus nominatis univerſale eſt, ut poſtquam perfectionem ſuam nacti ſunt, pœnitentiæ locus non ſit, nec actio ad reſolvendum contractum detur, ſed agendum ſit ad implementum, *l. 12. C. de rei vind. l. 17. §. 3. ff. commod. l. 14. C. de reſc. vend.*] Quia enim ceſſa actione contra debitorem experitur, ſatis denunciaſſe videtur, & citatio etiam alias loco denunciationis eſt, & probatur idem per *L. 18. ff. de pignerat. act.* ubi debitor habet exceptionem contra cedentem, non tamen contra ceſſionarium, & *l. 25. ff. de procur.* ubi procurator, qui domino invito vult experiri, repellitur, niſi in rem ſuam datus ſit, Joh. a Sande *c. 12. n. 4.* Sichardus *ad d. l. 3. C. de Novat. num. 13.* Sed hanc ſententiam de utili actione intelligit
37 recte Caldas *d. c. 24. n. 23.* Sed ſi cedens partem debiti ceſſit, partem retinuit, non eſt dubium, ſi cedens cum ceſſionario concurrat, quin paria jura habeant, & in concurſu una in claſſe ſint collocandi, quia utriusque obligatio & hypotheca ex eodem principio & fonte fluit. Vinc. de Fr. *dec. 260. n. 4.* & quos allegat
38 Salgado *d. tr. p. 3. c. 13. §. un. n. 83.* [Olea *t. 6. q. 8. n. 22.*] quæ tamen ſententia limitatur, niſi cedens obligaverit ſe ad præſtandam evictionem juris & facti, i. e. ſe velle præſtare debitum verum,

rum, bonum & ſecurum, cum enim tunc cedens teneatur, debitore ceſſo non ſolvendo reperto, ad integram ſatisfactionem, ſequitur exinde, ceſſionarium præferendum cedenti, ut recte concludit Salgado *d. l. n. 38.* nam ſi ponamus v. g. me ceſſiſſe in nomine florenorum mille, ducentos Titio, reliquos vero octingentos mihi retinuiſſe, ſi concurramus, & ponamus, nihil amplius in bonis liquidati reperiri, niſi 200. flor. cum alia omnia creditores priores perceperint, hi 200. flor. ita inter nos diſtribuendi, ut Titius accipiat 40., ego 160. flor. quia pro rata concurrimus, ſed ſi bonum nomen me præſtiturum promiſi, hos 160. flor. etiam ceſſionario permittere teneor, quia fruſtra quid per plura fit, quod per pauciora fieri poteſt.

Sed hic quoniam in materia concurrentis cum ceſſio- 39
nario cedentis egimus, obiter quaſi quæro, quid ſi duo ceſſionarii concurrant, qui diverſis temporibus idem nomen ceſſum habent, quilibet pro rata, v. g. nomen eſt mille florenorum, cujus pars 500. ſcil. flor. mihi prius, poſtea etiam 500. tibi ceduntur, an ſi concurramus, ego tibi præferor? Neg. nam attenditur primordium tituli cedentis, a quo ambo cauſam habemus. Fr. Salgado *in Labyr. p. 1. c. 42. n. 48. & p. 3. c. 13. §. un. n. 84.* [Et quemadmodum cedens & ceſſionarius pro rata concurrerent, ita etiam ſecundus ceſſionarius cum primo concurrere debet; nam ſecundo ceſſionario ceduntur jura, qualia erant penes cedentem, ac proinde ceſſus videtur concurſus, quem ipſe cedens cum primo ceſſionario habebat, ita Olea *t. 6. q. 8. n. 23.* qui in ſequentibus multas hujus ſententiæ limitationes affert, quarum prima *n. 24.* cum ea, quæ ſupr. *n. 38.* tradita, ferme coincidit, nimirum, ſi cedens primo ceſſionario cum hypotheca bonorum promiſerit, debitorem ceſſum idoneum & ſolvendo eſſe, cum ſic nec ipſe cedens concurrere potuiſſet. Altera limitatio eſt, ſi creditor, qui ſibi Titium pro 1000. habet obligatum, fidejuſſori, qui 500. ſolverat, actionem ſuam contra Titium ceſſerit, & poſtea petens 500. reſiduos concurrat cum fidejuſſore; nam ſi Titius ſolvendo non ſit, principalem creditorem futurum potiorem, *n. 25. 26.* Tertia, ſi ceſſum fuerit non principale nomen, ſed tantum uſuræ diverſorum annorum di-

verſis, tum enim non concurrere manifeſtum eſt, cum velut ſeparatæ ſint ceſſiones & ſeparata jura, *n 27* Tandem quartam adjicit: quando creditor, cui a Sejo debebantur v g 1000. ſexcenta ex his ceſſit Titio, & alia quadringenta, quæ ſunt de reſiduo, ceſſit Sempronio; tum enim ſi Cajus debitor ceſſus integra mille ſolvendo non eſſet, vel ſi revera tantam quantitatem non deberet, non concurrere Sempronium cum Titio pro rata, ſed Titium integra ſexcenta accipere, quod ſupereſt, pertinere ad
40 Sempronium, *n 29. ſeqq.*] Quid ſi vero ſolus cedens egerit, & condemnatus ipſi ſit principalis debitor, poteſtne ceſſionarius poſtea impedire executionem? Aff. Trentac *lib. 33. reſol. 29. tit. de*
* *ſolut n. 3.* Sande *c. 12. n 6.* [Debitor enim poſt certiorationem cedenti ſolvere nequit. *d. L. 3. C. de novat. L. 4. C. quæ res pign. obl.* Id quod ad lites coercendas minuendasque apprime pertinet, cum alias ceſſionarius cedentem recepta pecunia denuo convenire, & ſolutum ab eo repetere poſſet. Lenz. *c. 29. n. 9. 10. ſeqq.* Conf. Mev. *P. 6 dec. 364. n 6.*]

41 Sicut autem agendo non poteſt cedens ceſſionario præjudicare, ita nec cedendo alteri actionem, nam utilis actio ſemel quæſita eſt primo ceſſionario, cui ſine ejus facto adimi nequit, quia qui ceſſit ſua jura, non poteſt ea aliis poſtea cedere, per *l. 82. §. 5. de leg. 1.* Vinc. de Franc. *dec. 75. n. 1.* & quos hic al-
* legat, nec non Salgado *d. tr. p. 1. c. 10. n 86. & ſeq.* [Adeoque ſi ex primo contractu actio, ſaltem utilis, fuerit translata, tunc cedens illam alteri cedere nequit; ſin vero ceſſio nihilominus fieret, priorem ceſſionarium poſteriori in concurſu anteponendum & admittendum, non videtur dubium quod enim operatur in corporalibus traditio, illud idem operatur in incorporalibus ceſſio, & ex contractu prævio etiam utilem ad eundem effectum largiuntur Reſcripta Imperatorum Manifeſti autem juris eſt, quod res corporalis duobus in ſolidum vendita, ejus fiat, cui prius tradita. *L. Quotiens 15. C. de rei vindicat.* Lenz. *c 30. n 5. 6. ſeq.*
* Olea *c. 6 q. 8. n. 3.* Conf. Idem *1. 8. q. 3*] Sed ſi re adhuc integra [h. e. ſi nondum adhuc aliquid ex iſtis caſibus intervenit, quibus directis actionibus uti amplius non licet.] ceſſerit cuidam ſuam actionem directam, huic ſi ſolvat debitor, liberabitur quidem, *arg.*

l 3.

Google

l. 3. C. de Novat. juxta diſtinctionem circa *l. 3.* ſupra propoſitam: ſed cedens ad æſtimationem renebitur primo ceſſionario, *arg. l. 13. de leg. 2.* Vide Tuſchum *concl. 183. lit. C.* Joh. de Graff. *de ceſſ. §. 4. n. 7.* Franc. de Cald. *d. c. 24. n. 58.* [Lenz. *d. c. 30. n. 10. 11.* & ulterius præferetur in concurſu prior ceſſionarius poſteriori, ex dictis ſuperius, add. Lenz. *d. l. n. 14.* qui tamen *n. 16. ſeqq.* exiſtimat, etiamſi priori modo cedens idem nomen duobus ceſſerit, & poſterior ceſſionarius a debitore ceſſo nondum per priorem ceſſionarium certiorato exegerit debitum & acceperit, tunc eum, cui prius ceſſio facta eſt, in pœnam negligentiæ id imputare debere, quam in non certiorando debitore commiſerit, nec habere regreſſum: quod multo magis obtinere, ſi nec utilis actio ſine ceſſione translata fuerit, tradit Olea *t. 6. q. 8. n. 3.* Plane ſi debitor ceſſus a priori ceſſionario certioratus ſit de facta ſibi ceſſione, aut res integra amplius non ſit, tunc debitor ceſſus poſteriori cum effectu ſolvere nequit, ſed anteriori quoque manebit obligatus; cum idem ſit non ſolvere, vel non ei, cui debetur, ſolutionem præſtare. *L. Invito. 12. C. de ſolut.* Lenz. *d. l. n. 18.*]

Nec cedens poteſt præjudicare creditori hypothecario, 42
nam quando omnia bona, & ſic etiam nomina ſunt obligata creditori, ceſſum etiam nomen tranſit cum ſuo onere, ergo eo caſu hypothecarius creditor impedire interveniendo poteſt, quo minus ceſſionatius a debitore exigat debitum. Salgado *d. tr. p. 1. c. 10. n. 79.* Et licet ceſſionarius ſententiam pro ſe obtinuerit, 43
creditor tamen cedentis poteſt impedire executionem ſententiæ, quia creditor prior ex obligatione omnium bonorum, & in ſpecie jurium, accepit utilem actionem hypothecariam contra debitorem, cui actioni non potuit derogare cedens, dum cedit aliquod nomen alteri, nam cedens nomen hoc caſu tantum exercitium directæ actionis transfert in ceſſionarium ſuum, non vero utilem, quam antea dederat per hypothecam generalem priori hypothecario creditori, poſt alios eleganter Sig. Scaccia *de Appellat. q. 17. lim. 16. memb. 4. n. 85.* Trentac. *l. 3. tit. de ſolut. reſol. 29. n. 3.* Sed dicerem, cedentem hoc caſu utilem quidem etiam in ceſſionarium ſuum transfundere, ſed perſonalem tantum. Sed creditor habet utilem hypothecariam. Utilis

tilis hypothecaria autem utili perſonali præponderat. Et ſi ponamus caſum, quod ceſſionarius habeat hypothecam, prior tamen hypotheca præferetur.

44 Nec poteſt eidem præjudicare tranſigendo, *arg. l. 19. in fine ff. quemadm. ſervit. amittantur.* Afflict. *de jure protimiſ. verſ. decimo nota n. 31* quod tamen etiam explicandum ex *d. l. 3. C. de novat.* ſi ſcilicet res non amplius integra, & unum ex tribus illis factum, quæ habentur in *d. l. 3.* [Vid. ſupr. *adn. 21.*] Nec nocet ce-

45 dens ceſſionario confeſſione ſua, ſi ſcilicet poſt ceſſionem illa confeſſio facta, quia ſcil. cenſetur fraudulenta, & confeſſio regulariter tertio non nocet. Tuſchus *lit. C. concl. 134.* Caldas *d. c. 24. n. 52.* Far. *de Teſt. q. 60. n. 353.* Franc. Salgad. *in Lab. p. 3. c. 6. ſ. un. n. 34.* [Conf. plur. Lenz. *c. 27. m. 6. n. 1. & n. 29. ſeqq.* ubi & ampliat aſſertionem in ceſſione neceſſaria, & voluntaria, itemque in confeſſione ante vel poſt litis conteſtationem facta, ſive ſciverit ceſſionem debitor ceſſus, ſeu ignoraverit; in quibus multi Doctores diſtinguendi argumentum quæſiverunt, citati ab eodem Lenz. *d. l. n. 2.* Conf. Olea *t. 8. q. 2. n. 40.* qui & *q. 3. d. t. 8.* diſquirit, ſi ceſſio jurium adverſus debitorem, & confeſſio aut liberatio in ejus favorem, eadem die confectæ appareant per creditorem, quænam ex iis præceſſiſſe exiſtimanda ſit.] Niſi confeſſio eſſet neceſſaria & judicialis, & aliqua præſumptione adminiculata, præſertim ſi cedens teneretur de evictione. Farinac. *d. q. 60. n. 358.* Surdus *de Alim. p. 8. privil. 55. in fine* Rol. a Vall. *p. 2. conſ. 38. n. 15.* [Conf. Olea *t. 8. q. 2. n. 41. 42.* Diſſ. Lenz. *c. 27. m. 6. n. 31.*]

Tertius effectus eſt, quod ceſſum nomen ſive ceſſas actiones

46 ceſſionarius ſuo periculo exigat & perſequatur. *L. 36. §. 1. ff. de ſolut. L. 17. in fine ff. de petit. hered.* Nam per nominis ceſſionem etiam ſolutio fieri poteſt volenti creditori. *l. 16. C. de ſolut. l. 6. C. de O. & A.* Ergo cedendo nomen cedens liberatur, cum ſolutio

47 ſit modus liberationis. Ideoque ad evictionem eatenus tantum eſt obſtrictus, ut ſolummodo præſtet ceſſum debitorem eſſe verum debitorem, & ſine exceptione efficaciter obligatum, *l. 17. de R. J.* daß es eine warhafftige/ gewiſſe und richtige Schuld nicht aber daß ſie gut ſey. non autem tenetur præſtare debitorem locupletem. *L. Si nomen. 4. ff. de her. vend.* Mantica *de tac.*

cit.

convent. lib. 4. tit. 13. n. 7. Carpz. *p. 2. C. 34. def. 26. 27.* Tuſchus *lit. C. concl. 281. n. 1.* Berlich. *part. 2. deciſ. 290. n. 12.* [Olea *t. 7. q. 3. n. 3.* Lenz. *c. 27. m. 7. n. 1. 2. ſeqq.* Unde inepta dicitur, venditis nominibus, quia non exigibilia dicuntur, petitio reſciſſionis contractus, Mevio *P. 1. dec. 92.* Add. *dec 182. pr.*] Nec officit cedenti, ſive tempore ceſſionis malum nomen ſit, ſive poſtea fiat, dummodo verum debitum ſit, Joh. a Sande *d. tr. c. 9. n. 19.* [Nam etſi ita quoque diſtinguat Bart. *in L. Pupilli 69. § 2. ff. de ſolut.* cum aliis, in Jure tamen nullum habet fundamentum, & mere cerebrina eſt, ut ait Lenz. *c. 27. m. 7. n. 18. 19.*] & ita errat Berlich. *d. deciſ. n. 22.* nam imputet ſibi ceſſionarius, quod in conditionem debitoris non inquiſiverit, Carpz. *d. def. 26.* & cedens tenetur bonum nomen facere de jure, i. e. obligatum, & non de facto, i. e. locupletem, nam periculum nominis ceſſi ad ceſſionarium pertinet Berlich. *d. dec. 290. n. 12. & ſeq.* [Atque ita ſententia hæc ampliatur, ſive ceſſionarius tempore factæ ceſſionis inopiam ceſſi debitoris ſciverit, ſeu ignoraverit, ſibi enim imputet, quod admiſerit debitorem, non ſolicitus de ejus conditione, aut quod neglexerit pactum, quo ſibi proſpicere abunde potuiſſet, inf. *n. 51. arg. l. 74. de evict. l. 19. de R. J.* Lenz. *c. 27. m. 7. n. 20. ſeqq.* Ampliatur & ulterius eadem aſſertio, ut locum habeat etiam in ceſſione neceſſaria. *L. Si ea res. 31. pr. ff. de act. emt.* Lenz. *d. l. n. 23.*]

48 Sed habet hæc regula exceptiones (1.) Niſi quis recipiat nomen cum proteſtatione, quod nolit per dationem in ſolutum prius recedere ab obligatione, quam acceperit creditum. Steph. Gratianus *tom. 1. diſc. forenſ. c. 64. n. 22.* Berlich. *d. l. n. 19.* Cœpolla *conſ. 123. n. 1.* Dn. Mev. *in diſc. levam. c. 7. n. 43.*

49 (2) Niſi quis cedat nomen, ut exigam expreſſe non meo, ſed ipſius periculo. *L. 45. § pen. ff. mandati.* Berl. *d. l. n. 20.* Tuſchus *d. concl. 181. n. 5. & 14.* Gratianus *d. c. 64. n. 21. &* Mevius. *d. l.*

50 (3) Niſi ceſſionarius a cedente, aſſerente, debitorem eſſe ſolvendo, ſit ſeductus *arg. l. 22. § 2. ff. ſol. matr.* Carpz. *d. def. 28.* Berlich. *d. deciſ. 290. n. 21.* Dolum enim quilibet cedens præſtare debet, *l. 74. ff. de evict. in f.* [nec ſane cuipiam debet prodeſſe dolus, *d. L. Cum dotem. 22. § Mulier. 2. ff. ſol. matr.* & huc pertinet

U ne-

net caſus, ſi venditor ſciverit, actionem inanem eſſe propter inopiam debitoris, aut debitorem ceſſum brevi decocturum, atque decepit aut induxit ceſſionarium, ut ceſſionem acciperet, aut ſaltem celavit. ſic enim ad reſtitutionem & de dolo tenebitur, *arg. d. l. 74. § f. de evict.* quorſum & probabilem errorem emtori ad excuſationem proficere, ut eo facilius illi ſuccurratur, putat Franzk. *ad tit. de evict. n. 77.* Conf. Olea *t. 7. q. 3. n. 6.*]

51 (4.) Si expreſſe actum ſit, ut cedens idoneum nomen præſtaret. *d. L. Si nomen. 4. in f. & LL. ſeqq. ff. de hered. vend.* H. Piſtor. *d. l. n. 9.* Mev. *d. l.* [Quæ limitatio ex verbis ipſius textus in *d. l. 4.* fluit, ibi: *niſi aliud convenit.* & *d. l. 5.* ibi *niſi in contrarium actum ſit.* Mantica *de tac. & ambiguis convent. lib. 4. t. 13. n. 8.* unde vulgaris, ſed neceſſaria eſt cautela, ut in ſpecie mentio fiat non tantum veri, ſed & boni nominis, daß es eine richtige gute oder tüchtige und exigible Forderung ſey. Mevius *P. 1. dec. 92. n. 2. & P. 3. dec. 206. n. 3.* Quare hoc caſu, ſi forte debitor ſalvum conductum haberet a Principe, vel moratoriam, ſtatim regreſſum dari contra cedentem, tradit Olea *t. 7. q. 3. n. 30.* Cæterum notandum hic monet Lenz. *c. 27. m. 7. f.* quod ei, qui pacto nomen ceſſum idoneum præſtare promiſit, beneficium excuſſionis competat, ut ante excuſſum debitorem ceſſum nequeat conveniri, quod confirmat etiam Olea *d. l. n. 37.* excuſari tamen ceſſionarium, ſi debitoris bona intricata, & difficilis exactionis, idem ſubjicit *n. 38.* ut ſi ſub concurſu.] Quo tamen caſu ſufficit tempore ceſſionis nomen idoneum fuiſſe, H. Piſt. *obſ. 212. n. 10. & Berl. d. l. n. 24.* Carpz. *d. def. 26.* [Vid. *inf. n. 57.* & in terminis Mev. *P. 1. dec. 93.* atque ita non officit, poſtea facultatibus lapſum debitorem, imputet enim ſibi ceſſionarius, qui fuit in mora, nec vigilavit mature, cum vigilantibus jura ſint ſcripta. Mev. *d. l.* Lenz. *c. 27. m. 7. n. 39.* B. Auct. *cent. 1. dec. 72.* Diſſ. Olea *d. t. 7. q. 3. n. 29.* Sed quis probare tenebitur illud, nempe ceſſionarium fuiſſe idoneum tempore contractus? Mevius *d. l. in f.* videtur emtori injungere probationem, ſed cedenti rectius probatio injungitur, dum enim hodie non ſolvendo eſt debitor ceſſus, retro quoque inidoneus fuiſſe præſumitur, uti pronunciatum refert B. Auctor *cit. dec. 72. n. 3. 4. cent. 1.* De cætero limitant hoc aſſertum

ſertum (1.) in debito conditionali ſive in diem, Sandius *de ceſſ. act. c. 9. n. 29.* & (2.) ſi pactum hac de re intercesserit, daß der Cedens dem Ceſſionario die Poſt quocunque Tempore gewähren wolle. Nam pacta dant legem contractibus, *l. 23. ff. de R. J.* & hoc pactum ita adjici, cautionis circumſpectæque prudentiæ eſt, ſi forte integrum non ſit, mox experiri contra debitorem ceſſum; quo tamen caſu lis cedenti tempeſtive denuncianda, is enim, qui contra auctorem ſuum regreſſum inſtituere vult, litem tenetur denunciare, adeo, ut illa denunciatione neglecta, regreſſus non detur, Lenz *c. 28. m. 4. n. 9. ſeqq.* Carpzov *P. 1. c. 3. def. 23.* Sed quid ſi negligentia ceſſionarii & culpa nomen inidoneum effectum fuerit, anne tum dabitur regreſſus? Sic periculum nominis ad eum pertinere, cujus culpa deterius factum eſt, tradit Olea *t. 7. q. 3. n. 39.* Conf. Hartm. Piſtor. *obſ. 212. n. 29.* Lenz *c. 28. m. 4. n. 5. 6.* etiamſi evictio promiſſa: quando autem ejusmodi culpa intervenerit, Judicis eſſe arbitrium, qui ſane adjectum pactum quoque ita conſiderabit, ut culpam recte æſtimet. Tertia & ultima limitatio eſt, niſi cedens promiſerit, ſe curaturum, ut ceſſionarius debito potiatur, ſic enim non tantum tempore ceſſionis, bonitatem ejus, ſed & exactionem, ideo & caſum præſtare tenetur. Mev. *P. 3. dec. 206. P. 6. dec. 406.* Amplior enim multo eſt talis promiſſio, quam ſi quis bonum nomen præſtare pollicetur, ad mentem tamen paciſcentium etiam reſpiciendum eſt, an cedens tantum operam & moleſtiam exactionis in ſe ſuſceperit, an vero præſtationem effectus quoque, poſterior enim caſus tantum huc pertinet, non prior, in quo, tanquam procurator, cedens ultra diligentiam & laborem non tenetur, v. plur. Mev. *P. 1. dec. 182.* Interim in poſteriori quoque caſu id obſervandum, quamdiu ſuper exactione lis pendet, ſolutionem aliam non deberi, niſi cedens moroſus ſit in exigendo. Vid. Mev. *P. 1. dec. 183.*]

(5.) Excipitur etiam maritus, ceſſum accipiens nomen in 52
dotem, *l. 41. §. 3. l. 49. de jure dot. l. 49. pr. ff. ſol. matr. m.* quia maritus non videtur hoc caſu nomen approbare, ſed accipere, quale id eſt, & deinde accedit, quod dos maneat in dominio naturali uxoris Sande *d. c. 9. n. 21.* [Niſi mariti dolo & culpa nomen

 non

non ſit exactum, tum enim ſi debitor poſtmodum ſolvendo eſſe deſierit, periculum nominis in dotem dati, ad maritum pertinebit. *d. L. 49. ff. de jur. dot.* Lenz *c. 27 m 7. n. 32.*]

53 Sed Berlich. *num. 25. & ante eum* Joh. Petr. Surdus *conſ. 269. n 25 part. 2* diſtinguunt inter ſimplicem ceſſionem & inter dationem in ſolutun ſeu delegationem, ita ut hoc caſu omne periculum transferatur in ceſſionarium, non illo: cujus hanc rationem reddunt, quod in ſimplici ceſſione, actiones directæ maneant penes cedentem, ſed in datione in ſolutum ſeu delegatione nihil reliqui ſit apud cedentem, & quod per dationem in ſolutum extingvatur prior actio. Simplicem ceſſionem tunc eſſe putant, quando quis voluntarie nulla neceſſitate urgente, ei, cui non fuit obligatus, nomen ceſſit. dationem vero in ſolutum putant eſſe ſive delegationem, quando quis ex neceſ-
54 ſitate ad ſui liberationem nomen cedit. Sed ſententia hæc multis ſcatet erroribus. Primo enim confundit ceſſionem cum delegatione, cum tamen differant multum, ut *capite primo, n. 99.* oſtenſum. Nam in delegatione debitor jubetur alteri ſolvere, quod in datione nominis in ſolutum neceſſarium non eſt, ut quæ inſcio debitore fieri poteſt. Et ſane Berlichium *d. dec. 290 n 26.* in eo nimium eſſe, dum ſimpliciter dationem in ſolutum delegationi æquiparat, & ſtatuit, atque ſi tantum in ceſſione ſimplici directæ actiones in perſona cedentis remanerent, recte ait & reprehendit Dn Franzkius *ad Digeſt.tit. de eviction n 26* Nimium etiam errat Berl. quod in datione in ſolutum nullam actionem penes cedentem manere affirmat, contra expreſſum textum *in d. l. 3. C. de Novat* ubi nomen in ſolutum datum, & tamen jus agendi cedenti relinquitur, exceptis tribus caſibus, unde error Berlichii, & eorum, quos ille ſequitur, manifeſto apparet. Qui etiam error eſt Card Tuſchi *concl. 185 n 46 lit. C* Ex quo errore ſatis craſſo ſequeretur, in omni ceſſione facta ex cauſa & titulo præcedenti, nullum jus penes cedentem permanere Deinde in deſcriptione ſimplicis ceſſionis admodum aberrat Berlich nam dicta *dec 290 n. 28.* ſimplicem ceſſionem definit, ſi quis nulla neceſſitate urgente & cauſa obligationis inſtante, ei, cui non fuit obligatus, nomen cedit.

cedit. Atqui ita argumentor: Aut cedens ita animo donandi donat, aut non. Sin illud, conceſſerim hoc, ſed animum donandi non præſumi, notant omnes, & ſic, quæ de ſimplici ceſſione proponit Berlichius, & cum eo alii multi, de ceſſione animo donandi facta tantum loquerentur, quod non puto eorum dictis convenire. Sin hoc, ceſſio nulla eſt, nam ſicut traditio in corporalibus nulla præcedente cauſa vel titulo, non transfert dominium, & ſic nullius eſt effectus, ita nec ceſſio Cum Berlich. 55
& aliis videtur etiam conſentire & eam ceu communem opinionem ventitare Fr. Salgado *in Labyr. p. 3. cap. 2. n. 45 & ſeqq.* qui etiam diſtinguit, utrum ſimplex ſit ceſſio, an datio in ſolutum, illo caſu non ſtatim induci novationem, nec extingvi priorem obligationem, niſi fiat exactio nominis per creditorem, quando vero nomen creditoris creditori ceditur aut delegatur per viam dationis in ſolutum, omnes fateri dicit, induci ſtatim prioris obligationis novationem. Sed hæc ſententia Salgad. iisdem laborat difficultatibus. Nam (1) confundit ceſſionem & delegationem. (2) Confundit ceſſionem nominis, cum oblatione nominis ſub conditione facta. (3) Præſupponit priorem obligationem at ubi prior obligatio poterit monſtrari, quando nomen venditum, donatum, legatum, permutatum, in dotem datum & ſim. (4.) In datione in ſolutum dicit fieri novationem. Sed in Legibus altum de hac novatione ſilentium (5) In datione in ſolutum extingvi tradit priorem obligationem, cum tamen adhuc cedenti actio concedatur, exceptis tribus caſibus *in d. l. 3. C. de Novat.* Aliter vero quam Berlich. ſentire videtur Dn. Franz- 56
kius *ad Digeſta in tit. de Evict. n. 47. & multis ſeqq* nam diſtinguit inter delegationem & ceſſionem nominis, & mandatum actionis ſolutionis gratia. Quod priora duo diſtinguat, rectiſſime facit, & merito igitur Doctores illi omnes, quos Berlich. ſequitur, carpuntur Et quidem in duabus prioribus ſpeciebus dicit, eſſe periculum delegantis & ceſſionarii, & quidem etiam hæc rectiſſime, ſed quid per ultimum intelligat, non ſatis aſſequor vide *num 57 d. l.* nam non intelligit dationem in ſolutum, nam ita directe contradiceret omnibus Doctoribus, qui volunt datione nominis in ſolutum liberari debitorem Tentavi aliquando, an

hæc poſſit eſſe ejus mens, quod interdum nominis exactionem debitor ſuo creditori mandet, ut creditor exigeret & exactum ſibi ſolveret & retineret, ubi ſolutio non fit per ceſſionem, ſed per realem ſolutionem. Hæc enim eſt mens contrahentium, dedit nomen debitor mihi, non ut in ſolutum haberem, ſed quia mihi ratione loci commodior & promtior exactio, committit mihi exactionem, ut exacto nomine mihi ſolverem, ubi ſolutio non fit per ceſſionem, ſed mandatur actio, ut exigam, & mihi ſolutum præſtem. Et, ſane ſi ita ſenſit Dn. Franzkius, lubens conſentio. [Ita vero ſenſiſſe eum, luculentiſſime oſtendit locus ex *lib. 1. reſ. 14. n. 36. ſeqq.* ubi allegatum hic *ad ff. tit. de evict.* locum explicat & ulterius defendit, prorſus eadem uſus explanatione & diſtinctione.] Nam puto, hanc proprie ceſſionem non vocari, nec procuratorem ita conſtitui in rem ſuam, ut quidem in uſu Juris ſumitur. Nam talis ceſſionarius, ſi ita appellare licet, vix a ſimplici procuratore differret. Nam ceſſionarius vel procurator in rem ſuam conſtituitur, ita ut ſtatim ipſum nomen ſeu actio, ut ita loquar, approprietur procuratori, & Legis utilis actio in eum transfundatur, & ut exigens ſibi exigat, ſed hæc in præſuppoſita hypotheſi locum non habent. Nam utilis actio nulla tranſit in procuratorem hunc, ſed tantum exercitium actionis directæ, quid enim intereſt inter hæc duo, ſi tibi mandem actionem, ut exigas & exactam pecuniam Titio, meo creditori ſolvas, vel ſi tibi mandem actionem, ut exigas & exactam pecuniam tibi ſolvas ipſi? Et nemo dixerit hoc caſu utilem actionem dari mandatario, cum titulo nullo habeat, ſed tantum exerceat actionem & quidem in utilitatem cedentis, ut ille liberetur. Et poſito, hanc eſſe ceſſionem, exceptio tamen eſt jam antea notata, aliud eſſe, ſi expreſſe actum, ut bonum præſtaret nomen. [Conf. Olea *t. 7. q. 5. n. 18.* qui ita quoque diſtinguit inter dationem in ſolutum & mandatum ſimplex ſolutionis cauſa, & ita pariter ſentit.]

57. Sed quæ cauſa fuit, cur Doctores in hanc difficultatem ſe conjecerint? Non video aliam, quam quod moti ſunt ſæpius allegata *l. 3. C. de Novat* cujus duo membra *Primum*, cedentem nomen ipſum poſſe experiri actione ceſſa, & ceſſionarium ante-

antevertere, niſi ille aut denunciaverit, aut partem acceperit, aut litem conteſtatus fuerit. *Secundum:* ſi delegatio facta, delegantem nullum ſuſtinere periculum nominis. Unde forte hoc concluſerunt, a contrario ſenſu, ſi ſine delegatione ſola ceſſio nominis facta, cedentem ſuſtinere periculum. Sed non debuit hæc Lex eos commovere ad iſtam diſtinctionem inter ſimplicem ceſſionem & dationem in ſolutum. Nam in Legibus Codicis a contrario ſenſu non argumentamur. Procul dubio duæ quæſtiones fuere Imperatori propoſitæ (1) An cedens nomen poſſit prævertere ceſſionarium, & ipſe exigere debitum? quod aff. ſub limitatione. (2) An, qui delegavit nomen, extra periculum ſit, quod ſimpliciter affirmatur, [Mev. *P. 2. d. 351. n. 5.*] ubi tamen ſubaudienda limitatio, niſi delegatio facta periculo delegantis, per *l. 22. §. 2. & l. 45. §. pen. ff. Mandati.* Sed an cedens liberetur, id eo loco non tractatur, ſed *in l. 4. ff. de Hered. vel act. vend. & in d. l. 96. §. 1. de ſolut.* Et ſane ſi argumentum a contrario ſenſu hic concluderet, ſequeretur etiam futurum nominis periculum, ne aliquando debitor ceſſus fiat inidoneus, ad cedentem pertinere, quod nemo dicit, ſiquidem, licet cedens locupletem ſe debitorem cedere, & bonum nomen mandare, dixiſſet, nihilominus tamen locupletem tempore ceſſionis & non in futurum præſtare tenetur, ut magno conſenſu tradunt Doctores. Vid. Carpz. *p. 2. Juriſpr. For. Conſt. 34. def. 26. n. 4.* & Dom. Richter. *dec. 36. n. 28.* Hartm. Piſtor. *obſ. 212. n. 10.* Berlich. *p. 2. dec. 290. n. 24.* [Vid *ſup. n. 51.*] Sed ſi argumentari ex *d. l. 3.* a contrario ſenſu liceret, ita argumentarer: Si debitor fuerit mihi delegatus, & ego non exigam nomen, & ille factus fuerit non idoneus, ob id non tenetur delegans, & ſic non præſtare tenetur futurum caſum, Ergo cedens tenetur præſtare hunc caſum. Maneat ergo Theſis: Niſi aliud inter ceden- 58
tem & ceſſionarium actum ſit, ceſſione veri nominis liberari cedentem, non attento, an nomen venditum ceſſum, vel donatum, vel in ſolutum datum, & ſimiliter. [Conf. Mev. *P. 1. d. 181. n. 1. 2.* Add *d. 183.* Lenz *c. 27. m. 7. n. 11.*]

Sed & aliud tunc actum puto ſaltem tacite, ſi (1) cedens 59
dixerit, nomen eſſe idoneum, nam omne id, quod, cum cede-

ret,

ret, dixit, præſtare tenetur Steph. Gratianus *Tom. 3. diſc. for. c. 527. n. 4. & ſeq.* quem refert Dn. Mevius *d. l.* ut & (2.) tunc, ſi cedens damna & intereſſe in ſe receperit, Gratianus *tomo 3. c. 501. n. 23.* & eum ſequitur Mevius *d. l.* quæ duæ limitationes ſuperioribus addendæ.

60 Sed hoc tamen præſtabit cedens, ſc. verum debitorem eſſe ceſſum, & nulla exceptione munitum, & debitum eſſe liquidum in puncto Juris. Carpz. *p. 2. C. 34. def. 27.*

[Quibus duo comprehenduntur præſtanda à cedente: (1.) Veram eſſe actionem, quorſum non ſufficit, illam ipſo jure competere, ſed inſuper requiritur, ut exceptione perimi nequeat, *l. 4. 5. ff. de hered. vel act. vend. arg. l. 12. l. 55. ff. de V. S.* nam exceptiones, quæ cedentem repellunt, etiam ceſſionario obſtant, eique actionem inutilem reddunt, *ut cap. ſeq.* (2.) Actionem veram pertinere ad cedentem; quod ſi enim appareat ex poſtfacto, ceſſam actionem non fuiſſe cedentis, ſed alterius, æque ac rei corporalis venditor poterit conveniri, ut evictionem præſtet, Nicol. Burgund. *tr. de evict. cap. 11. n. 1. ſeqq.* Olea *t. 7. q. 3. num. 10.* Lenz. *c. 28. m. 4. n. 1. 2. 3.* Ergo accepta pecunia cedens, at præſtanda non præſtans, non tantum pecuniam acceptam, ſed etiam id, quod intereſt, reddere debet, *Mev. P. 3. dec. 207.* Quin & cedens debitum ejusmodi non-verum vel jam exactum, vel actionem, quam non habebat, vel quam alii antea ceſſerat, ex ſtellionatu commiſſo poterit conveniri, ut probat Olea *d. t. 7. q. 2.* Sane quin ceſſionarius à transactione ſub pacto cedendi nomen certum inita, non præſtito vero nomine, e. g. ſi lacerata inſtrumenta obtrudere velit cedens, recedere poſſit, ne dubium quidem eſt Vid. B. Auctor *cent. 3. dec. 48.* Id tamen requiritur, ut in exigendo nomine ceſſo ceſſionarius denunciet litem cedenti, ut aſſiſtat, & cauſam inſtruat, Lenz. *c. 28. m. 4. n. 9.* etiamſi ceſſionarius actoris vices ſuſtineat. Lenz *d. l. n. 10.* Si autem aſſiſtere nolit, ad intereſſe tenebitur, nam præciſe ad illud non cogitur. Vid. *Ordin. Proc. Sax. tit. 14.* §. Wenn aber der. 2. nec dimittetur denuncians ex lite, ſed denunciatus tantum ipſi tenebitur aſſiſtere, & exceptiones ſubminiſtrare. *Ordin. Proc. d. c. 14.* §. Würde aber. 3. Lenz. *d. l. n. 16. 17. 18.*

n.7.18 Add. Olea *t 7. q 3. n.12* Cæterum pendente lite nondum agi potest ad reſciſſionem contractus, ſed ceſſionarius tenebitur exſpectare eventum. Mev *P. 1 dec.92.* Nec, dum veritatem nominis præſtare compellitur cedens, adſtringendus quoque eſt, ut ſe potiorem creditorem eſſe oſtendat, quia cedens ſatisfacit, ſi præſtet jus ſibi eſſe, & ut jus vere ſit & exiſtat, non vero requiritur, quod ſit anterius, liberabitur ergo, ſi ſe creditorem eſſe doceat Olea *d. l. n 11.* Igitur creditor debitori, cui jus pignoris ceſſit, non tenetur ſe præſtare potiorem. Mev. *P. 2 dec.184*]

Niſi in contrarium actum ſit, *d. l. 5. ff. de hered. vend.* v. g. ſi vendidi tibi, ſi quid mihi debet Titius Nam tunc incertum tantum nominis vendidi, & non teneor, ſi Titius nihil debeat *l. 10 & 11. ff. de hered vendit.* Tuſchus *d concl 281 num 7.* Sande *d. c 9. n 18* [Lenz. *c 28 m 4. n 20.*] niſi ſciens, ad ſe non pertinere hoc nomen, ceſſerit, *l 21. & 15. ff de hered vend* niſi ceſſionarius ſciverit, exceptionem competere debitori, vel debitum non eſſe liquidum, & nihilominus illud acceptarit, tum enim nulla ei contra cedentem ob evictionem competit actio. *arg. L.27 C. de evict.* Carpz. *d def.27. in f.* [Olea *t 7. q.3. num.7* Lenz. *c 28 m.4 n. 7 8. & n 1*]

Sed quid ſi conventum, ut cedens ad evictionem & indemnitatem ſe expreſſe obligaret, er wolte ihm die Schuld gewähren, an ne tum tantum verum nomen, an etiam bonum nomen præſtare tenetur? Pro priori ſententia facit, quod ſtipulatio ſimpliciter interpoſita ſuper aliquo contractu, debeat intelligi ſecundum naturam contractus illius, per *l 3 C de fidejuſſ* & evictionem præſtare in effectu eſt, damnum ex evictione ortum reſarcire. Atqui hic nulla evictio facta. Evincitur enim res, quando per Judicem aufertur. Sed hic nihil per Judicem ablatum, Paul. Caſtr. *in conſ. 170 n. 2.* Berl. *dec 291. n. 1.* Tuſchus *d concl. 281. num 6.* Molin *conſ 49. n 13.* Dn. Mev *d. c. 7. n 44.* & Berl. in Supremo Appellationum Judicio Elect. Sax. ita pronunciatum refert [Quod & refert Lenz *c.27 m 7 n 7* Add. Richter *p 1. d 36. n 15* ubi præjudicium quoque.] Pro poſteriori ſententia facit, quod alias hæc ſtipulatio eſſet ſuperflua. Berl. *d. dec. 291.*

num 13 Et ſane vulgus ita videtur intelligere, ſed merito judicium bono Judici tranſcribit Dn. Mevius *d. l. n. 46.* qui ponderabit, quid actum ſit inter partes. Pone, me fuiſſe debitorem tuum, & cum interpellarer *a* te, obtuli ſolutionis gratia nomen, quo mihi Titius obſtrictus erat, dubitas, an liquidum & indubitatum nomen ſit, ſed aſſero liquidum eſſe & certum, ac offero me ad præſtationem evictionis, hic nemo non facile diceret, tantum verum nomen præſtandum eſſe, ſi forte evinceretur & in litem vocaretur. Pone, te dubitaſſe de bonitate nominis, offero me ad evictionem, hic quia de bonitate actum, apparet, me hac promiſſione bonitatem polliceri voluiſſe. Et ſic etiam bonum præſtandum eſt, ut interrogatio & reſponſio conveniat. Sed ſi ex præcedentibus aliisque conjecturis id non poſſet colligi, putarem, attendendam eſſe perſonam loquentis, an legalis ſit, & præſumitur tantum intellexiſſe evictionem proprie ſic dictam, an vero non legalis ſit, tunc Judex non erraret, ſi alteram ſequeretur ſententiam. [Is ſane caute & ſapienter agit, qui promiſſioni evictionis declarationem talem addi curat: es wolle ihm der Cedent ſolche Schuld als eine gute tüchtige und exigible Poſt gewähren.]

62 Quartus effectus eſt, quod ceſſionarius pro vero creditore habendus, per *L. Ab Anaſtaſio. ult in pr. ibi transferant in alium creditorem C. mand. & arg. l. 9. C. de procur.* Caſtr. *in L. Poſtulante. pr. ff. ad SCt. Trebell.* Jaſon *in L. 1. §. De illo. n. 3. de leg. 2* Robert Maranta *in repetit. L. Si actor num. 18. ff. de procurat.* [Lenz. *c. 27. m. 2. n. 1. ſeqq.*] Et ſic ceſſionarius, ut talis comprehenditur in ſtatuto loquente de creditoribus, per *d. L. Ab Anaſtaſio.* Plures allegat Salgado *d. tr. p. 3. c. 6. § un. n. 28.* [Lenz. *c. 27. m. 2. n. 8.* niſi aliam eſſe ſtatuentium intentionem appareat, idem *l. c. n. 9.* Inde vero etiam fluit, quod ceſſionarius utatur jure cedentis, & circa nomen ceſſum idem poſſit, quod poterat ipſe cedens in exigendo, liberando, paciſcendo, tranſigendo. vid. Sand. *de ceſſ. act. c. 9. n. 3. 4.* Lenz. *d. l. n. 11. ſeqq.* unde jus ex ceſſione acquiſitum ad heredes tranſmittit, & nomen iterum cedere poteſt; Lenz. *d. c. 27. m. 4.* non tamen, niſi quatenus ceſſum eſt, a debitore exigere valet, quamvis cedenti plus deberetur,

tur, A. Fab in Cod. *l. 4. t. 26. def. 28.* qui colligit inde, quod augmentum monetæ ad cedentem, non ceſſionarium pertineat. Viciſſim autem ſicut ceſſionarius quoad debitorem ceſſum recte pro creditore habetur, ita is, contra quem actio ceditur, reſpectu ceſſionarii pro debitore quoque erit habendus, *arg. L. Debitor 101 ff. de V. S.* Lenz *c. 31 m. 1. n. 2.* Proinde & ſtatutum de debitore loquens, complectetur debitorem ceſſum, Lenz *d. l. n. 4.* atque ita debitor ceſſus quoque impune ſolvet & recte ceſſionario, & cedentem poſtmodum agentem exceptione doli repellere poterit Lenz *d. l. n. 7. ſeqq.* Privilegium quoque debitoris ceſſi non tolli poterit, cum ceſſionarius jure cedentis utatur, & hujus conditio reddi non debeat deterior Unde ſi Statuto caveatur, fratrem non poſſe capi ad inſtantiam fratris, nec ad inſtantiam ceſſionarii capiendus erit. Vid Lenz *d. c. 31 m. 3.*] Hinc 63
ceſſionarius, ut qui dominus litis etiam ante litem conteſtatam eſt, tenetur jurare de calumnia, Br. *in l. 2 § fin verſ. ſin autem n. 6* & ibi Gl. *de jurejur. propter calumn.* Joh. a Graſſis § 5 *n. 4.* [Olea *miſcellaneis ad t. 6 n. 14. 15. 16.*] Sed ſi ratio poſtulet, ut cedens, tanquam magis informatus, in meritis cauſæ juret, tunc non ſufficit jurare procuratorem, ſed tenebitur jurare etiam dominus cedens jurabit quoad merita cauſæ, ceſſionarius quoad ordinem judicii & proſecutionem cauſæ, Anton Delre *in tr. de juram. calumn. c. 16. n. 125.* Seſſ. *de juram. lib. 3. cap. 3 n. 94.* [Nec ceſſionarius tenetur jurare de facto cedentis, ſed ipſe ad præſtandum de eo juramentum cogi poteſt. Etſi enim ceſſio omnia cedentis jura active vel paſſive in ceſſionarium transferat, haud tamen juramenti præſtationem, quæ ut quoddam perſonaliſſimum cedi nequit. Quod ſi cedens non adſit, de credulitate jurabit ceſſionarius inſtar heredis Mev. *P. 7 dec. 260.* Add. *ſup. cap. 4. num 90. 91 92.* Olea *miſcell. ad t. 6 num 16. & praeced.*] Et ex ſuperiori ratione, ſc. quod ceſſionarius ſit credi- 64
tor, concludit Celſus Bargalius *tract. de dolo lib. 5. cap 7 n. 36.* quod habeat actionem revocatoriam ratione eorum, quæ in fraudem cedentis a debitore ſint alienata.

Quæritur hic, an cedens pro ceſſionario poſſit eſſe teſtis? 65
Et quidem, ſi ad evictionem juris & facti obligatus ſit, cedentem eatenus

tenus pro ceſſionario non poſſe eſſe teſtem, indubium eſt, per *L. Nullus. 10. ff. de teſtibus. L. Omnibus 10. C. eodem.* Menoch. *lib. 2. A. Q. Cent. 5. caſu 473 num. 1.* Farinac *de teſtibus lib. 2. tit. 6 quaeſt. 60 n 335* Sed ſi non teneatur de evictione, in totum quidem non repellitur, ſed idoneus tamen ſatis non eſt, nec omni exceptione major, propter affectionem, quam habet erga cauſam, & quia ceſſionarius cedentis juribus utitur, Maſcardus *de probat. vol. 3 concl 1364. n. 20. & ſeq.* ideoque quantum fidei tali teſti adhibendum, Judicis arbitrio committitur a Menochio *d. c. 473 num 3 & ſeq* niſi conſenſu utriusque partis litigantis admittatus ad teſtimonium, tunc enim id reprobari nequit, Menoch. *d. l. n. 9.* Maſc. *d. l. n 22* Farin *d. loc. n. 349.* Iis autem caſibus, quibus admittitur cedens pro ceſſionario, multo magis admittuntur cedentis domeſtici & agnati Jac. de Arena, *rubr. ult. in f.* Sed contra ceſſionarium teſtem eſſe poſſe, tradit Menoch *d. caſu, n 11.* Farin *d. l. n. 50.* & Fr. Cald. *de emt c. 24. n. 54.* quod tamen ita intelligimus, ut ſupra de confeſſione ceſſionario præjudicante diximus. [Conf. Olea *t. 8. q 2. n 42*]

66 Quæritur etiam circa effectum ceſſionis, an ceſſio uſurarum hoc efficiat, ut uſuræ naturam ſortis induant, & debitor uſuras uſurarum ſolvere teneatur? e. c. debitor in ſolutum ceſſerat nomen, & ex eo non ſortem tantum, ſed etiam uſuras, ita tamen, ut cum his ſors commutaretur, ſeu pro ſortis parte uſuræ ceſſæ eſſent. Cum deinceps debitor ceſſus per aliquot annos differret ſolutionem, ceſſionarius de damno ſuo graviter conqueri cœpit, & uſurarum uſuras petiit quæritur, an recte? Hoc affirmat Berl. *p. 2. deciſ 268. num. 37.* Sed ſententia hæc procul dubio falſa eſt, nam (1) certum eſt. ceſſionarium jure cedentis uti. *L. 70. ff. de procurat. L. 149. de R. J.* Col. *de proceſſ. Execut. lib 2. cap 2. n. 28. & ſeq.* Jaſon *in L. Admonendi. n. 244. ff de jurejur.* Si ergo cedens non potuit uſuras uſurarum petere, multo minus poterit ceſſionarius *arg. L. 20 ff. de adquir. rerum domin. L. 175 §. 1. L. 160. §. 2. ff. de R. J.* Deinde uſuræ uſurarum regulariter ſunt prohibitæ, *l. ult. C. de uſur.* exceptis paucis caſibus, inter quos hic non reperitur. (3) Abſurdum eſt, cedenrem ſua ceſſione cauſam debitoris poſſe reddere deteriorem, uſu-

ras

ras convertendo per ceſſionem in ſortem, cum tamen alteri
per alterum iniqua conditio inferri non debeat. *L. 74. de R. J.*
[Accedunt textus perſpicui *in L. Creditor. 12. §. Setendum. 6. ff. qui* 4
pot. in pign. & in L. Secundus. 22 C. de pignor.] Fundamentum
vero illius partim eſt impertinens. Putat enim tunc uſuras in
ſortem converti poſſe, quando perſona debitoris vel creditoris
mutatur, nam perſona debitoris mutata, poſſe id quidem fieri,
concedimus in tutore, quando ille accipit uſuras pupillares. *L. 7.
§ 12. L. 58 § 1 & ult ff de admin tut.* Sed ratio ejus eſt, quia uſuræ
aliunde acceptæ in perſona tutoris fiunt pars ſortis, cujus ratione
uſuræ præſtandæ veniunt. Vide Carpz. *part. 2. Jurispr. For. C. 30.
d. 30.* Sed alia ratio eſt creditoris, quia non poteſt circa uſuras ſibi
debitas, plus juris in alium transferre, quam quod ipſe habet,
præſertim cum ipſi Doctores a Berlichio allegati de debitore mutato,
non creditore loquantur. Weſenb. *vol. 2. conſ. 72. n. 12 & alii* Po- 67
terat quidem pro Berlichio adduci exemplum fidejuſſoris, nam
ſi hic pro debitore ſolverit ſortem, v. g. centum flor & uſuras 24.
thal. repetere poteſt a debitore uſuras, de ſorte non tantum, ſed
etiam de uſuris. Hering. *de fidejuſſ c. 26. n. 88 & ſeq* Schepliz *de conſuet. Brand p. 4 tit 1 §. 2. n. 20.* Berlich. *p. 2 deciſ. 208. n 33.* Et ſic videtur
etiam ceſſionarius idem facere poſſe, ob mutationem
perſonæ, præſertim cum præſumatur ceſſionarius cedenti
ſatisfeciſſe de ſorte non tantum, ſed etiam de uſuris, propter
L. Per diverſas. 22 C. Mandati. Sed alia videtur ratio eſſe fidejuſſoris,
qui ex cauſa neceſſaria ſolvit pro debitore principali,
ceſſionarius non, quando ſcilicet emit nomen. Fidejuſſor ſolvens
agit ea actione, quam ſibi ipſe ſolvendo adquiſivit, ſcil.
mandati; ſed ceſſionarius agit illa actione, ſive directa, ſive utili,
quam habuit cedens. Nam utilis actio datur ceſſionario, non
quaſi hæc alia actio eſſet, quam illa, quam cedens habeat, ſed
quod illa ipſa actio cedentis utiliter detur ceſſionario Deinde
per naturam contractus mandati debitor principalis obſtrinxit
ſe ad indemnem ſervandum fidejuſſorem, quod non fieret,
niſi interuſurium temporis ipſi præſtaretur. Sed ad tale quid
debitor ceſſus ſe non obligavit &c Rectius itaque ſenſerunt
Scabini Lipſienſes, ab ipſo Berl allegati *in fine*, qui ceſſionari-

um uſuras uſurarum petere poſſe negarunt. [Atque eandem ſententiam pluribus illuſtrant & defendunt Mevius *P. 8. d. 232.* Lauterb. *diſſ. de procurat. in rem ſuam. th. 36.*]

68 Agendum etiam de probatione ceſſionis, & quidem regulam conſtituimus, quod ceſſio probetur inſtrumento ceſſionis, quod complecti debet titulum, ut ſupra dictum *cap. 1. n. 11. & n. 35.* vel teſtibus, qui ceſſioni interfuerunt, quia & mandatum ſimplex teſtibus probari poteſt Bl. *in L. Non ſolum 39. §. Qui alienam. in f. ff. de procur. Maſc. concl. 113.* [Ceſſionem non præſumi, ſed probandam eſſe, manifeſti juris eſt, conſiſtit enim in facto, *l. 16. C. de probat.* Lenz *cap. 27. m. 9.* Mevius *P. 5. dec. 13. pr.* quomodo autem, & quando probari debeat, non æque expeditum eſt. Quoad prius, indubium eſt, ceſſionem inſtrumentis probari poſſe, qui & modus quidem probandi in hac cauſa receptiſſimus eſt. Sed id impeditum multis & ambiguum videtur, utrum ceſſio per teſtes probari poſſit; propterea quod ad legitimationem referri debeat ceſſio, quæ in ipſo litis ingreſſu fieri ac perfici debeat; illa autem probatio, quæ teſtibus expeditur, poſt litis conteſtationem rejiciatur. Tradunt tamen, hoc non obſtante, communi conſenſu fere Doctorum probari etiam per teſtes poſſe ceſſionem, quorum depoſitio ſi rite fiat, eandem cum inſtrumentis obtinet auctoritatem, *l. 15. C. de fide inſtr.* & ceſſio ut ſubſiſtat, titulum præcedere ſufficit, quem nihil prohibet teſtibus doceri. Coler. *de Proc. Exec. P. 2. c. 2. num. 34.* Alſ. *de Olea de ceſſ. jur. & act. t. 1. qu. 5. num. 22. 23. 24.* Lenz. *c. 27. m. 10. num. 9.* Si tamen agatur executive, inſtrumentis erit opus ad probationem. Coler. *d. l.* Dn. Suendend. *ad Fibig. p. 233.* unde in proceſſu ordinario tantum admittentur teſtes, cum ordinaria probatio non ſit ad documenta adſtricta. Nec officit ratio, quæ in contrarium producitur, nam etſi ad legitimationem pertinere probationem ceſſionis concedendum eſt, pertinet tamen non ad legitimationem perſonæ, ſed cauſæ & juris agendi, quarum illa quidem debet fieri litis ingreſſu per documenta, non autem hæc. Lenz *d. l. n. 12. ſeqq.* Add *n. 23.* & plur. Olea *t. 6. q. 9. per tot.* Quoad poſterius, nempe quando probari debeat, jam apparet ex dictis, quid ſentiendum ſit, nempe

pe ſi ordinaria via agat ceſſionarius, tum etiam poſt litem con-
teſtatam ſufficere, Judici oſtendere ceſſionem & probare, Lenz.
d. l. Judicis tamen erit attendere exceptionem legitimationis
hanc, in quacunque judicii parte objectam, cum judicium red-
dat retro nullum, quod evitare omnibus modis incumbit, Mev.
cit. dec. 13. P. 5. n. 4. unde & hæc exceptio omiſſa in priori in-
ſtantia, aut non rite oppoſita, in ſecunda eſt admittenda, Mev.
e. d. 13. quin & ex actis, apparente defectu hujus legitimationis,
ex officio ſupplenda. Mev *c. l.*] Sed quæritur, annon ille, qui 69
inſtrumentum, paratam executionem habens, accepit, [ad
quod tradendum compelli poteſt cedens, de quo vid. Olea *t. 7.
qu. 1.*] eo ipſo probaſſe videatur ceſſionem, quod inſtrumen-
tum in manibus habeat, vel quod a creditore ipſi ſit tradi-
tum. Videtur quod ſic, ob *l. 1. C. de donat.* Sed rectius nega-
tur, nam ex traditione inſtrumenti nuda, non præſumitur ceſ-
ſio, ſed requiritur titulus, per *l. pen. & ult. C. mand* ſi enim ex
productione inſtrumenti, nec mandatum quidem ſimplex præ-
ſumitur, multo minus præſumitur ceſſio Col. *de proc. exec. p. 2.
c. 2. n. 58.* Et quamvis, ſi traditio probetur inſtrumenti, manda-
tum colligatur, ut tradit Col. *d. C. 2. n. 59. & 63.* & Maſc *V. 2. concl.
1010.* ceſſio tamen ſimplex mandatum non eſt, nec probata tra-
ditione ſtatim titulus probatus eſt. Col. *d. l.* Nec obſtat *d. l. 1* quia
diſerte loquitur non de nuda traditione, ſed donatione inſtru-
menti emtionis. Dan. Moll. *2 Semeſtr. c. 20. n. 4.* Et quamvis pro- 70
ceſſus ſit ſummarius ſive executivus, nunquam tamen intelligitur
excluſa exceptio inhabilitatis perſonæ petentis, propter præju-
dicium debitoris, ne idem bis ſolvere cogatur. Col *d. c. 2. n. 61.
& 63.* [Conf. Mev *P. 8. dec. 236.* Add. *P. 2. d. 292. n. 3. 4.* & plur Olea *
t. 3. q. 3. n. 21. ſeq. Lenz *c. 27. m. 9. n. 5. ſeq* Vid *& ſup cap. 5. n. 79.*
Quia autem hæc procedunt, quando ceſſio negatur ab altera
parte, quæritur, quid dicendum ſit, ſi debitor ceſſus, nulla oppoſita
exceptione, recognoverit inſtrumentum productum, an Judex
ſine mora poſt factam recognitionem, petenti executionem il-
lam concedere debeat? Lenz. *c. 29. m. 9. n. 11. ſeqq.* diſtin-
guendum exiſtimat, utrum ex actis conſtet, quod reus conven-
tus actorem pro ceſſionario creditoris in inſtrumento nomi-
nati

nati agnoverit, idque ab actore acceptatum fuerit; an vero nihil ex actis appareat: priori caſu, non opus eſſe inſtrumento ceſſionis, ſed Judicem petenti executionem decernere debere: ſufficere enim hic ad evitandam nullitatem proceſſus, quod confeſſio a debitore ſemel facta ſit. Poſteriori caſu executive prius procedi non poſſe, quam Judici fides de jure ceſſo facta, *cit. l. n. 15. ſeqq.* Sane, quicquid ſit, prudentia Judicis hic quoque circumſtantiarum juſtam rationem habebit, ne ſimplicitas debitoris, qui admittit ſine contradictione prolixa ceſſionarium in gravem judicii exitum deſinat, aut temere trahatur ad incommodum & pœnam, aut ne facta etiam confeſſione debitoris, judicium nullum eluſoriumque evadat. De cætero prædicta aſſertio, quod nempe ex ſola inſtrumenti cautionis ſeu debiti traditione non præſumatur ceſſio nominis ſive actionis, ampliatur etiam in fidejuſſore, ratione cujus nullum jus ſpeciale introductum eſſe, ſed eundem, nomine ceſſo agentem, ceſſionem probare teneri, nec ſufficere inſtrumentum cautionis, ſed neceſſe præterea eſſe, ut fidejuſſor de ceſſione doceat, oſtendit plur. Lenz *c. 27. m. 9. n. 39. 40.* arg. *L. Ut fidejuſſor. 39. ff. de fidejuſſ.*
71 *L. Cum is, qui. 36. ff. eodem.* Conf. *ſup. c. 4. n. 79. 80.* Sed quæritur, an procurator in rem ſuam, ſi ſemiplene probaverit ceſſionem, ad cautionem de rato poſſit admitti, vel ad juramentum ſupplerorium? Utrumque negat Colerus *intr. de proc. ex. p. 2. c. 2. n. 60.* [Etſi enim hujus auctoritate in primis Berlichius *P. 1. concl. 55. n. 46.* nitatur in affirmativam, non tamen illi recte conſtare de mente Coleri, oſtendit Lenz *c. 27. m. 9. n. 36. ſeqq.* ubi & utrumque cum Colero negat. Conf. Ant. Faber *in Cod. l. 4. t. 29. def. 13.*] & ante eum Rodericus Soaretz *in celebri repetitione L. Poſt rem judicatam ff. de Re judic. quæſt. 3. quæ incipit: Quia ſupra viſum eſt &c. n. 23.* Et quidem non iniqua videtur hæc ſententia. Nam ſi hoc verum eſt, plene probandum eſſe mandatum, quo alicui committitur exactio ſolutionis, quod tradit Gl. *in L. Non ſolum §. 1. ff. de procurat.* & probat ex *L. 86. ff. de ſolut.* & ipſa ratio docet, cum nemo ſolutionem ei faceret, qui ſemiplenam probationem mandati adferret: utique multo magis hoc de ceſſione dicendum, ex qua non tantum ſolutio facienda ceſſionario,

Digitized by Google

ſionario, ſed etiam in titulum inquirendum, quo titulo habeat ceſſionarius, & ita plena probatione opus eſſe videtur. Conf. Caccialupus *in repet. L. Admonendi. n.16. ff. de jurejur.* Sed 72 ſi tamen ceſſio plene probari ob mortem cedentis vel teſtium non poſſet, & cum ſemiplena probatione concurrerent aliæ conjecturæ, & ceſſionarius ſit perſona honeſta & gravis, non putarim, repellendum eſſe ceſſionarium, juramentum ſuppletorium offerentem. [In quibus terminis idem ſentit Mev. *P. 7. dec. 99. deciſumque refert, cautionem ſupplere defectum ceſſionis neceſſariæ, ubi hæc obtineri nequit.*]

Sed quid ſi ceſſionis inſtrumentum ex longinquis parti- 73 bus allatum, & de illius veritate dubitetur; hic Judicem circumſpectum ex circumſtantiis perſonarum, loci, temporis &c. quantum illi fidei habendum ſit, æſtimaturum, poſt alios notat Dan. Moll. *d. C. 20. in fine.* [Connexa huic Capiti tracta- * tio eſt, ex ceſſione jurium & actionum, an & quando Gabella debeatur? qua de re videndus eſt Olea *t. 7. qu. 5. per tot.* ubi *num. 4.* ita definit. (1.) ſi ceſſio jurium ex eo titulo & cauſa fiat, qua gabella non debetur, veluti donationis, nullam deberi, *n. 5.* (2) ſi fiat ex eo titulo & contractu, ex quo gabella debetur, veluti titulo venditionis, & fiat ad pecuniam, itidem nullam ſolvendam, *num. 7. ſeqq.* vel fiat ad rem, ut nempe actio ad rem cedatur, & diſtinguendum fore, an actio cedatur ad rem, ex cujus venditione gabella non debetur, & ex ea ceſſione gabellam ſolvi non debere, an vero ad rem, quæ ſi venderetur gabella, ſolvenda eſſet, & tum etiam ex ceſſione actionis ad rem illam, gabellam ſolvendam, *num. 11. 12 ſeqq.* De laudemio, huic ſimilis prope quæſtio eſt, de quo agit Olea *d. l. num. 25.* Conf. Franzk. *de laudem. c. 12. num. 87. ſeqq.*]

CAPUT VI.
De Contrariis.
SUMMARIA
CAP. ULT.

Contraria ſunt ceſſioni ea omnia, quæ cum præceptis hactenus traditis pugnant 1.

Exceptiones reales, quæ obſtant cedenti, etiam ceſſionario obſtant. 2 [*quod ampliatur, ut teneatur reſpondere de facto cedentis.*]

Et in ſpecie exceptio compenſationis. n. 3.

Refertur Card. Tuſchi limitatio, & refutatur n. 4.

Debitum compenſandum debet præcedere ceſſionem. num. 5. *niſi ignorante debitore, ceſſionem factam, contigerit compenſatio.*]

Quando debitor ceſſus, ceſſionis tempore præſens, ſolutionem promiſit, non poteſt compenſatione uti, n. 6. *Sed contra n.* 7 *& ſeq. Explicatur l.* 12. *ff. de nov. n.* 11.

Qui partem debiti ſolvit, non poteſt uti exceptione compenſationis. n. 13. *Sed contra n.* 14. *nec procedit ſemper argumentum a ſolutione ad compenſationem. num* 15.

An diſtinctio inter titulum oneroſum & lucrativum hic adhibenda? Reſp. n. 16. *& ſeqq.*

An diſtinguendum inter actiones utiles & directas? n. 20 *& ſeq.*

Quid per actionem utilem intelligendum? n. 22.

Ceſſionario opponi poteſt exceptio ſimulationis. n. 23

Ut & Pacti turem. n. 24. [*exempla aliarum.*]

Circa exceptionem doli quidam diſtinguunt inter actionem directam & utilem, ſed videtur fundamento deſtitui n. 25.

Alii inter titulum oneroſum & lucrativum diſtinguunt. n. 26.

Quæ ſententia examinatur n. 27

Diſtinguendum, an dolus ſit admiſſus in actionis adquiſitione, an non. n. 28.

Quid in exceptione SC. Macedon. & ſimil. Reſp. n. 29.

Quid in indulto moratorio & jurejurando & ſim. n. 30.

An revocari poſſit ceſſio. Reſp. n. 31. [*num morte cedentis aut ceſſionarii extinguatur.*]

1 Contraria ceſſioni ea ſunt omnia, in quibus contra naturam ceſſionis quid factum, ſi v. g. peccatum in cauſa formali, quod non æquivalenti pretio facta ſit, aut tota non ſit gratuita, contra

l. pen.

l. pen & ult C mand. vel in cauſa efficiente & perſonis contrahentibus, ſi pupillus vel minor, curatorem habens, ceſſerit actionem, vel ceſſio facta ſit a Judæo in Chriſtianum, vel in potentiorem. vel ſi erratum ſit in materia, dum eæ actiones ceſſæ ſunt, quæ cedi non poterant, ſicut hæc omnia ſuperius deducta. In ſpecie vero 2 *opponuntur ceſſionario & actioni ex jure ceſſo inſtitutæ exceptiones, quæ cedenti opponi poterant.* [Notandum vero, non hic ſermonem eſſe * de exceptionibus iis, quæ debitoribus ceſſis, poſt ceſſionem factam, adverſus creditores cedentes supervenerunt; ſed de illis tantum, quæ tempore ceſſionis debitoribus jam competebant, Olea *t. 6. q. 11. n. 1.*] Ubi tamen diſtinguunt Doctores communiter inter exceptiones cohærentes rei vel cauſæ, ſive exceptiones in rem, [h. e. quæ ipſi rei potius, quam perſonæ cohærent, ſeu * quæ ex ipſa re, quæ petitur, naſcuntur, proindeque ad certam perſonam non ſunt reſtrictæ, ſed cuivis de ea re agenti obſtant; nam oſtendunt quendam in ipſa actione defectum, qui eam prohibet ſuis viribus gaudere, Lenz *c. 32. pr. n. 6. 7. L. Exceptiones. 7. §. 1. ff. de except.*] & inter exceptiones cohærentes perſonæ. [h. e. * quæ non actionem, ſed cedentis tantum perſonam vel vitium reſpiciunt, Lenz *d. l. n. 45.* Olea *t. 6. q. 11. n. 37. d. l. 7. pr. ff. de except.*] Exceptiones reales, quæ obſtant cedenti, omnino obſtant ceſſionario, v. g. ſolutionis, jurisjurandi, rei judicatæ, erroris ſive ſimulationis, metus & ſimilium, *L. 7. ff. de except. L. 3. §. ult. ff. de pign. L. Exceptio 28. ff. de Exc. rei judicatæ.* Joh. a Sande *d. l. 1. c. 13.* Tuſch *concl. 213. c. 33. lit. C.* Ratio eſt in *L. Quod ipſis 143. & L. Qui in jus 177. ff. de R. J.* [& conſiſtit in pervulgatis regulis; quod nemo plus juris transferre in alterum poſſit, quam ipſe habet, quodque ſucceſſoris & * auctoris eadem debeat eſſe conditio, etiamſi ſucceſſor tantum ſit ſingularis, *L. Aliud eſt vendere. 160. §. 2. ff. de R. J.* quod res & actio tranſeat cum onere ſuo, nec cedens in præjudicium debitoris poſſit jus ſalvum & integrum transferre, cum nemo poſſit plus juris derivare ad alterum, quam ipſe habet: ceſſionarius vero quoad hanc actionem ceſſam induit perſonam cedentis, ejusque ſit imago. Vid. Lenz *c. 32. pr.* Ol. *exordio tit. 6. & q. 11. n. 5.* Quæ rationes veræ ſunt non tantum in adductis exceptionum exemplis, ſed & in aliis. vid. *n. ſeq. & inf. ad n. 29.* quin & in iis, quæ ex facto & perſo-

 na

na auctoria opponuntur, unde actio ipſa ſuſpenditur & ſiſtitur. Sicut enim exceptio, quæ nocet auctori, & nocet ac opponi poteſt ceſſionario, ita & idem tenetur reſpondere ad ea, quæ auctoris cauſa opponuntur. Nec relevat replica de facto alieno, cum inſtar proprii habeatur, & ceſſionarius eadem perſona quoad juris effectus habeatur cum cedente. Interim hoc beneficium eſt ceſſionarii, ut poſſit laudare auctorem, denunciare litem, mandata ut aſſiſtat impetrare, idcirco refert deciſum Mev. *P. 7. dec. 181.* ut ceſſionarius rationes cedentis, quas debitor imperfectas contendebat eſſe, ſubducto calculo juſtificet, nec prius audiatur. Atque hoc quidem ut recte æſtimetur ceſſio nominis, ex ſua origine & jure primi cedentis cenſenda eſt, non ex eo, quod poſtea pro ejus ratihabitione ſequitur. Unde eum, qui ceſſum nomen, pro quo erat fidejuſſor, in ſolutum acceperat, ſed quod tempore ceſſionis erat alienum, nempe uxoris ejus, qui cedebat, poſtmodum vero, ut eſſet ſecurior, idem ſibi cedi a liberis cedentis, ad quos materna ſucceſſione devolutum erat, curaverat, & acturus inde contra confidejuſſorem nolebat virilem portionem detrahi, quod primo cedenti ut confidejuſſori incumbebat, nixus poſteriori liberorum ceſſione; illa non attenta, deciſum, cuncta habenda eſſe, atque ſi cum primo cedente res ſit, ideo, illam, quæ ipſi obſtare potuit, exceptionem, ceſſionario obeſſe, Jurisprudentia enim cuncta vult cenſeri origine Mevius *P. 4. dec. 326* Add *dec. 325.*]

3 Et hinc judicandum de exceptione compenſationis, nam & hæc ceſſionario obſtat. Eſt enim hæc exceptio realis. Zang. *de Exc. l. 3. c. 8 n. 34.* & in cedentis poteſtate non eſt cedendo jus quæſitum tollere ſuo debitori, eidemque creditori; atque illud creditum ceſſum tranſit in ceſſionarium cum ſua cauſa & exceptione compenſationis, & ſic onere affectum, alias ceſſo debitori procul dubio fieret injuria, per *L. Apud Celſum. 4. § 27. ff. de Exc. dol.* Guido Papæ *dec. 567. & ſing. 564 n. 1.* Theſaur. *dec. 221. n. 1.* Surdus *conſ. 82. n. 29. lib. 1.* & hos laudans Fr.

4 Salgado *in Labyr. p. 3. cap. 6. §. un. n. 20. & ſeqq.* [plur. Franzk. *l. 1. reſ. 13.* Lenz. *c. 32. m. 6.* Olea *t. 6. q. 11. num. 22. ſeqq.*] Unde & ceſſionarius a debitore reconventus, compenſare poteſt. Zang. *d. c. 8.*

d. c. 8. n. 61. Sed id limitat Tuſchus *lit. C. concl. 291 num. 3* ut tum 4 demum compenſare debitor cum ceſſionario ex perſona cedentis poſſit, quando id fieret ante denunciationem, juxta *l. 3. C. de Novat.* Sed falſa hæc limitatio, ex hac enim ſequeretur, nunquam exceptionem compenſationis in judicio opponi poſſe ceſſionario, quia ſatis denunciatum eſt, quando ceſſionarius actionem inſtituit ex jure ceſſo. Verius igitur eſt, quod cedens, quando ipſe debitori aliquid viciſſim debet, non poſſit, niſi cum onere compenſationis, & cum hac qualitate nomen ſuum alteri cedere: ratio eſt, quia compenſatio ipſo jure minuit debitum: *l. 4. & 5. C. de compenſat.* Ergo non plus poteſt transferre in alium, quam quod ipſe habet, *l. 54. de R. J.* ut concludit Joh. a Sande *c. 13. num. 5.* [Olea. *d. t. 6. q 11. num. 27.*] Melius li- * mitat Teſſaurus *decſ. 221 num. 2.* & Trentac. *lib. 3. reſolut. un de* 5 *compenſat. n 6.* quod exceptio compenſationis a debitore tum opponi poſſit ceſſionario, quando cedens ante ceſſionem factam erat debitori ceſſo obligatus; nam ceſſione facta & præſertim intimata, [vid. not. *adſ. h. n.*] debere cœpit, non poteſt * debitum per aliud, quod tunc non fuit, minui, nec enim tempore ceſſionis compenſatio opponi potuit. Nam debitum ceſſum jam in effectu non eſt debitum cedentis, ſed ceſſionarii, ad cujus commodum facta fuit ceſſio. Rota Genuenſis *dec 28 n. 5*, Tyndarus *de compenſ. n 53.* & hos referens Salgado *in Labyr p. 3. C. 6. §. un. n. 26* Et ſicut cedens non poteſt præjudicare ceſſionario poſt ceſſionem: ita nec ſi poſtea debitum contrahat. [Inti- * matio tamen ſeu certioratio, ut præceſſerit, omnino videtur requiri, nam illa non facta, ſicut impune ſolvi poteſt cedenti a debitore, ita & compenſatio adhuc ipſo jure continget, debitumque minuet, ut deinceps opponi cum effectu etiam ceſſionario agere volenti queat. Lenz. *c. 32. m. 6. n. 16.* Franz. *l. 1. reſ. 13. n. 40. 41.*

Deinde limitatur illa concluſio, niſi debitor, cum debi- 6 tum cederetur, præſens eſſet, & promitteret, ſe ſoluturum ceſſionario, nam non videtur ille habere animum compenſandi, ergo non poterit exceptione compenſationis uti, quam remittere videtur, *arg. l. 12 ff. de Nov* Theil. *d. dec 221. num. 3.* Jacobus de Graſſis *de Exc. Exc. 16. n. 32.* & Salg. *p. 3 c. 6. n. 35.* & Trentac. *d. reſ un.*

de compenſat n. 6. [Olea *c. 6. q. 11. n. 34 ſeqq*] Sed mihi hac de re
7 cogitanti, iniqua hæc limitatio viſa fuit [& Lenzio quoque, *c. 23. m 8. n. 24* non videtur conſtituere exceptionem a regula, quia de delegatione loquatur] Non utor jam eo argumento, quo alias Doctores in ſimili materia uti ſolent, ſcilicet, quod compenſatio ſit ſpecies ſolutionis; nam fateor, ſi debitor hac excuſatione uti vellet, dum compenſo, ſolvo, eum cavillatoria exceptione uſurum, nam qui compenſat, ſolvit quidem, ſed non ceſſionario
8 ſolvit, ſed cedenti. Sed utor his argumentis. *Primo*, poſſet fieri, ut debitor promittat, ſe ſoluturum ceſſionario, immemor ejus debiti, per quod compenſare poſſit cum cedente, vel forte ignorans, puta ſi ex alieno facto deſcendat, vel etiam ceſſus multa habeat activa & paſſiva nomina, ut facile alicujus oblivíſci po-
9 tuerit. *Deinde* Renunciationes jurium communium non facile ſunt præſumendæ, nec præſumi poteſt exceptioni renuncia-
10 tum, ab eo, qui ignorat vel immemor eſt. *Tertio* hæc promiſſio non eſt novus contractus, ſed eſt reiteratio ejus promiſſi, quod prius fecerat, dum ſe obligaret. Ergo quando debitor ceſſus promittit ſe ſoluturum, refert ſe ad illud debitum, quod cedenti debet, & videtur ſub ea conditione promittere ſolutionem, ſi quid debeat & quantum. Jam vero ſi potuit compenſare debitum, nihil debuit, cum compenſatio ipſo jure minuat & tollat debitum. Et ſic illa promiſſio ab ignorante per errorem facta videtur, facit *L. Si ambo 10 §. 1. ff. de compenſat ſi quis ſolverit, quod compenſare potuit, habet condictionem indebiti*, ſi ergo, qui ſolvit, condicere poteſt, multo magis, qui per errorem promiſit, facit *L. Qui invicem 30. ff. de Condict. indeb* a contrario
